Inscriptiones Hispaniae christianae edidit Aemilius Hübner

Ernst Willibald Emil Hübner

Digitized by Google

D 41,40

יהוה

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INSCRIPTIONES
HISPANIAE CHRISTIANAE

EDIDIT

AEMILIVS HÜBNER

ADIECTA EST TABVLA GEOGRAPHICA

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM
MDCCCLXXI

Digitized by Google

Digitized by Google

AVRELIANO GVERRA

EDVARDO SAAVEDRA

AMICIS MATRITENSIBVS

Digitized by Google

PRAEFATIO.

1. Postquam corporis inscriptionum Latinarum volumen secundum, quo tituli Hispaniae Latini continentur, absolvi, illud quoque meum esse duxi, ut titulos eiusdem provinciae christianos, qui ibi omittendi erant ex lege syllogae academicae universa (ut significavi praefationis p. XXVI), peculiari sylloge comprehenderem et ederem. Titulos enim illos neque multos esse sciebam neque ita comparatos, ut fas esse crederem ad eos solos conquirendos schedarum et librorum, quos reliquorum titulorum causa excussi, numerum permagnum aliis iterum pertractandum relinquere. Attamen cum tituli illi ad Visigothorum fere tempora vel etiam recentiora pertineant omnes, eum tantum crisin eorum plenam et accuratam instituere posse certum est, qui universam rerum Hispanarum, quales fuerunt tempore illo obscurissimo, historiam denuo pertractandam sibi proposuerit. Quod quam difficile sit, cum non solum auctores rerum eo tempore gestarum primarii, chronica dico vetusta, adhuc paene abiecti iaceant neque ullo modo exacti sint in editionibus quae circumferuntur perpaucis ad severas artis criticae leges, sed nullo etiam in litterarum genere vehementius grassata sit fraudatorum impudentia, qui temporum illorum historiam cognoscere studuerunt non ignorant. Sane qui ultimus inter nostrates Visigothorum historiam conscripsit (Ios. Aschbach *Geschichte der Westgothen.* Frankfurt 1827 8.), eum a iusta et accurata fontium crisi longe afuisse constat inter earum rerum intellegentes. Tantae autem sunt quaestionis illius difficultates, ut Felicem Dahnium, qui eam quoque historiae regum Germanorum partem sibi sumpsit conscribendam, nondum eas vicisse, ut videtur[1]), non est quod equidem mirer. Verum enim vero meum non esse scio in arenam illam descendere et ad titulos Hispaniae recte tractandos temporis eius universi historiam ex fontibus illustrare; sed nihil aliud putavi faciendum esse quam ut subsidia proponerem qualiacumque iis, qui graviorem quaestionem illam aliquando resumere vellent. Iis enim non multa quidem, sed certa ex lapidibus inscriptis testimonia accessura esse intellexi. Continere enim titulos eos observabam de temporis illius rebus hominibus lingua non pauca scitu non indigna, quae cum viris doctis utenda me proponere posse viderem sine magno labore ex schedis aliam ob causam, ut dixi, congestis, alios vero post me ne quaesituros quidem facile, non inutilem, quanquam non tam ad antiquitatis Romanae studia promovenda quam ad aevi medii ineuntis, syllogen hanc futuram esse confidebam. Praeterea etiam imaginibus titulorum arte xylographica repraesentatis iis me profuturum esse sperabam, qui quales scripturae genera tempore illo vicissitudines subierint student enucleare; qua de re dixi infra § 13. Ea vero quae, ut dixi, scitu non indigna sunt in titulis illis hac praefatione in conspectum redegi quam brevissimum, in indicibus vero adiectis in fine enumeravi singillatim.

CONSILIUM OPERIS

[1]) Postquam haec scripta sunt a scriptore illo accepi historiam Visigothorum (*die Könige der Germanen* vol. V. Würzburg 1870 8.), ad quam conscribendam ille schedis meis epigraphicis usus est.

Digitized by Google

Auctores 2. Fontes, e quibus syllogen hanc concinnavi, iidem fere sunt, uti consentaneum est, atque titulorum profanorum, qui in Hispaniis reperti sunt. De quibus cum plene dictum sit in praefatione et in indice auctorum voluminis II corporis inscriptionum Latinarum, de singulis qui accuratam petunt informationem ad illud opus relegandi sunt. Nemo vero unquam extitit qui dedita opera titulos Hispaniae christianos colligeret exceptis P. Sobreyra, qui titulorum christianorum syllogen plenam instituere voluit, sed imperfectam reliquit (schedae eius *coleccion de inscripciones desde el año 537 hasta el 1633* servantur manu scriptae in bibliotheca academiae historicae Matritensis 21, 114), et Francisco Masdeu, qui in historiae suae Hispanae volumine IX (Matriti 1789 4.) hanc quoque epigraphiae provinciam sibi vindicavit administrandam. Sed administravit eam eadem qua reliquas levitate et arrogantia, quanquam adiutus ab amicis non paucis et sollertibus (cf. n. 89); unde opera eius non prorsus erat spernenda. Itaque optime sane fecisse iudicandus est Aurelianus Guerra Matritensis, quod christianas Hispaniae antiquitates omnes sibi proposuit colligendas et illustrandas. Quo de consilio ille rettulit in ephemeride *el Arte en España* (vol. 4, 1865 p. 49 ss.); atque sperandum sane est fore ut tale opus, quamvis nunc quidem propter vicissitudines gravissimas, quas perpessa est res publica Hispana, vix videatur editio eius proxima futura esse, tamen aliquando lucem videat. Quasi specimen operae suae aequabiliter in aevi illius monumentis tam scriptis quam scriptura carentibus collocandae Guerra in operis splendidi monumentorum tectonicorum Hispaniae fasciculis 33 et 34 (a. 1866) sarcophagos aliquot anaglyphis christianis ornatos, sed titulis carentes, publici iuris fecit. Ego vero a monumentis non scriptis omnino me abstinui; nam videbam ad ea colligenda repraesentanda recensenda peregrinatoris unius opellam subitariam nequaquam sufficere.

Ex schedis autem epigraphicis Hispanis quae huic syllogae profuerunt antiquissimae sunt, scilicet ad saeculum XVI referendae, Mamerani Lucemburgensis (cf. ad n. 24 125 171), Floriani Docampo (n. 54 55), Antonii Augustini (n. 188 189), Anonymi alicuius Lusitani, quem Neapolitanum dico propter locum quo servantur schedae eius (n. 16). Sequuntur deinde saeculo XVII collectanea Abrahami de Bibran (n. 178), Ioh. Bapt. Valenzuelae (n. 28 50), Ludovici Velazquez (n. 30 31 35 43 117 153 172 205), qui hanc quoque provinciam summa diligentia persecutus est, Francisci Perez Bayéri (n. 11 cet. 184 alii), cuius sollertia et doctrina mihi profuit quam maxime. Praeterea titulum unum recepi in membranis saeculi noni (ut videtur) servatam (n. 23*a*), scilicet in codice Toletano Dracontii aliorumque poetarum christianorum, qui olim fuit Michaelis Ruiz de Azagra; exclusi vero, ut par est, carmina ad titulorum speciem vel ut re vera sepulcris inscriberentur facta a poetis illis veteribus Hispanis.

Inter libros impressos praeter Apianum, qui unum tantum habet titulum christianum (n. 94), et Marianam historicum (n. 44 84) Ambrosii Moralis potissimum chronica erant consulenda; debemus enim illis titulos christianos plus minus viginti, quorum duo tantum vel tres adhuc extant. Non multos vero titulos genuinos servavit Hieronymi Romani de la Higuera eiusque asseclarum, veluti Iohannis Tamayo de Salazar, infausta sedulitas (n. 33 42 48). In Henrici Florez et Emanuelis Risco atque eorum, qui iis postea successerunt, claro de Hispania sacra opere inprimis rationem habendam fuisse titulorum christianorum apparet; verum perpaucos tantum eorum titulorum, quos operi inseruerunt, viris illis ipsis videre et examinare contigit. Inde excusantur ex parte sane, quod in temporibus titulorum nonnullorum definiendis inciderunt in errores gravissimos, quos infra studui refutare suis locis, indeque chronologiam eius aevi universam non leviter perturbaverunt. Paucos deinde eius generis titulos propter litterarum formas descripserunt vel ex editis exemplis repetiverunt palaeographi Hispani, veluti Blasius Nasarre

Digitized by Google

(n. 35 al.), Stephanus Terreros (n. 44), omniumque eorum diligentissimus Franciscus Xaverius Palomares (n. 156 165 ss.); quanquam non in eos inciderunt, qui propter rationem illam quam maxime nosci atque tractari merentur.

Singulas autem provincias regiones oppida etiam titulorum christianorum auctores habere sibi proprios consentaneum est. Ita in Lusitania vestigia mihi premenda erant scriptorum antiquiorum (i. e. saeculorum XVI et XVII) Resendii (n. 1 3 11), quem caute me secutum esse lectores periti expectabunt (cf. n. 1* 5*), Brittonis (n. 14 21), de quo idem fere quod de Resendio valet, Antonii Coelho Gasco et Roderici da Cunha (n. 18), inter recentiores Cenaculi potissimum (n. 3—9 199). In Baetica praeter Alfárum inprimis Roderici Caro (n. 45—47 77—79 81 83 90 91 93 98) et Bayéri scripta excutienda erant; latet vero aut periit Lopis alicuius de los Rios dissertatio ms. de titulis christianis Cordubensibus, cuius meminit Blasius Nasarre in prologo polygraphiae f. XVII v.; ego vero frustra quaesivi nec novit Thomas Muñoz bibliographus. In Gallaecia Sobreyrae (n. 137 139), in Asturia Cyriaci Michaelis Vigil Ovetensis, in Tarraconensi Lumiaris et aliorum schedas librosve adhibui cum fructu. Nominavi autem hoc loco eos tantum auctores, quos quasi duces primarios secutus sum; reliquos omnes ex subscriptionibus singulorum huius syllogae titulorum et ex praefatione et indice auctorum syllogae maioris facile dignoscent lectores. Nonnullos denique etiam titulos christianos suppeditaverunt amici Hispani, qui nunc vivunt studiaque mea epigraphica Hispana per longum iam temporis spatium foverunt fovebuntque etiam, uti confido, in posterum, Guerra, Berlanga, Saavedra. Ita titulos ducentos plus minus congessi, quorum ipse vidi et excussi plus minus quinquaginta.

3. Significavi iam Higueram et asseclas eius etiam titulos christianos finxisse, ut finxerunt chronica et instrumenta varii generis (exposuit nuper de iis Iosephus Godoy Alcántara in libro *historia de los falsos cronicones* Matriti 1868 8. edito neque vero illud fraudium epigraphicarum genus accurate persecutus est), itemque dixi Resendii et Brittonis auctoritate me usum esse cum cautione. Atque piam fere ubique fraudem excusari notum est; quam maximi autem inter Hispanos momenti eam fuisse tituli demonstrant spurii octoginta duo a me collecti praeter ducentos genuinos. Plurimi eorum re vera debentur Higuerae eiusque discipulis (n. 4* 9* 10* 16* 28* 44* 48* 50* 54* 61* 68* 72* 78*), inter quos etiam numerandus est Caro (n. 13* 17* 18*). Ineptissime autem omnium titulos finxerunt veteratores montis sacri Granatenses (n. 27*); callidissime, ut solebat, Trigueros Carmonensis (n. 20*—24* 29*). Sed praeter notos istos falsarios obscuri extiterunt permulti, qui Moralem (n. 11* 55* 60*), Franciscum Yepes historiographum ordinis S. Benedicti (n. 15* 61* 67*), alios (n. 12* 57* 78*) deceperunt. Quae fraudes ut detegantur et damnentur plerumque non multis verbis opus est; tamen in talibus quaestionibus liberum esse ab omni errore difficillimum est. Diligenter vero cavi, ne inter genuinos reciperem titulos falsos; malui inter suspectos ponere etiam eos, quos aliqua ratione videbam posse defendi. Procedunt autem tituli falsi eodem quo genuini ordine; ut par est. Fraudes

4. Ut in auctorum relatione, ita etiam in ordine et dispositione titulorum minorem hanc syllogen quasi imaginem et corollarium maioris esse ex rei ipsius natura consequens est. Ordinem enim titulorum geographicum hic quoque, ut in cuiusvis fere generis syllogis epigraphicis, unice aptum esse non est quod fusius demonstretur. Itaque similiter atque in volumine maiore disposui titulos singulorum locorum, in quibus inventi sunt, situm secutus. Eo tamen usus sum temperamento, ut non oppidatim vel vicatim capita dividerem, sed tantum secundum provincias Ordo titulorum

a*

Digitized by Google

Hispaniae, quales scimus fuisse inde a saeculo fere quarto. Unde quattuor extiterunt partes geographicae Lusitaniae, Baeticae, Gallaeciae et Asturiae, Tarraconensis proprie ita dictae. Accedit quinta et ultima titulorum instrumenti domestici, ut dicere consuevimus, scilicet tegularum et annulorum; alius enim generis instrumentum inscriptum, quod tuto adscribere possis illis temporibus, equidem non repperi. Partium geographicarum alteram tertiam quartam iterum divisi secundum conventus antiquos iuridicos; id vero non ideo feci, ut divisionem illam etiam tum in usu fuisse eo modo demonstrarem (quanquam sedes episcopales aliqua sane ex parte cum conventibus iuridicis antiquis videntur convenisse, quod etiam in maiore volumine hic illic adnotavi, ut p. 419), sed ut comparatione syllogae utriusque facile instituenda etiam titulorum christianorum ordinem redderem magis perspicuum et dilucidum.

Regiones 5. Si numerum spectamus, inter antiquas Hispaniae provincias tituli ita distribuuntur, ut ad Lusitaniam quadraginta quattuor, ad Baeticam nonaginta, reliqui paene sexaginta ad Tarraconensem pertineant. Atque inter oppida Lusitana, ut expectaveris, maximum numerum caput provinciae praebet Augusta Emerita (circiter viginti); e reliquis Pax Iulia propter Cenaculi potissimum in colligendo diligentiam septem, Olisipo cum vicinia et Ebora ternos, Salacia et Metellinum binos, Caesarobriga et loci varii alii singulos offerunt. In Baetica, quam constat inter provincias Hispanas semper hominum multitudine praestitisse, conventus Hispalensis titulos habet quadraginta plus minus, quorum in ipsa Hispali et in locis vicinis reperta est pars fere dimidia; ex reliquis tredecim ad Baeturiam Lusitaniae confinem, ad oppida in ripa Baetis sita septem, ad Asidonem cum vicinia quinque pertinent. In conventu Astigitano contra viginti tantum tituli inventi sunt, quorum sex ad oppida spectant inter Asidonem fere et Ursonem sita varia, ad Ursonem ipsam cum vicinia tres, octo ad Igabrum eiusque viciniam et ad coloniam Gemellam duo. Conventus Gaditanus quinque tantum titulos adhuc protulit, quorum nullus in ipsis Gadibus repertus est; plerique ad oppida orae maritimae pertinent inter Gades et Tingenteram sita, ad oram a columnis Herculis interiorem unus. Cordubensis conventus totidem fere tituli sunt atque Astigitani, scilicet plus minus viginti; eorum duo sunt Iliberritani, Urgavonenses et viciniae tres, Eporae item tres, locorum in monte Mariano sitorum duo, quorum unus maxime memorabilis (n. 123); reliqui undecim Cordubenses sunt. Tarraconensis provincia cum Asturia et Gallaecia quanquam spatio longe maior quam Lusitania vel Baetica, titulos christianos tamen paucos tantum praebuit. Ad Asturiam et Gallaeciam, qui sunt conventus antiqui Bracaraugustanus, Lucensis, Asturum, quindecim tantum pertinent in locis minoribus, scilicet in monasteriis et aediculis solitariis reperti paene omnes, exceptis Legionensi uno et Ovetensibus quibusdam. In conventu Cluniensi titulus unicus, in Caesaraugustano duo vel tres inventi sunt; ut appareat in partibus Hispaniae iis, quae ad septentriones spectant, admodum rara esse testimonia eius temporis. Triginta fere tituli ad conventum Carthaginiensem pertinent, ex quibus ad Toletum eiusque viciniam spectant decem (sunt inter eos tituli thesauri prope *Guarrazar* reperti), septem ad oppidum ignotum situm in loco *la Cabeza del Griego* dicto, ubi effossiones institutae sunt saeculo proximo exeunte, ad Oretum et locos viciniae varios quattuor, ad Acci unus, sed memorabilis, ad Carthaginem sex, ad Lucentum et Balearem maiorem singuli. Conventus denique Tarraconensis titulos habet novem, Valentiae, Dertosae, Tarracone repertos binos, totidem Egarae et in vicinia, Gerundae unum. Accedunt instrumenti ut dixi domestici tituli, inter quos tegulis inscripti plurimi ad Cordubam referendi sunt eiusque viciniam, ad Ursonem duo, ad Arundam, Astigi, Italicam, Pacem Iuliam, Salpensam singuli; annuli singuli reperti sunt Caesarobrigae, Caeto-

Digitized by Google

brigae, Cordubae, Iliberri, Anticariae; incertae originis unus eorum est. Haec omnia ut uno conspectu intellegerentur cautum est adiecta tabula geographica, quae Henrico Kiepert debetur.

Numeri hi in universum respondent titulorum paganorum multitudini in singulis Hispaniae partibus repertae; titulorum enim ad christianos homines spectantes plurimi inde provenerunt, ubi etiam pagani plurimi reperti sunt. Quare non multum variasse sedes vitae Romanae recentioribus illis temporibus manifestum est.

6. Quae distinguere solemus titulorum profanorum praeter sepulcrales genera varia, scilicet sacrorum, honorariorum, aliorum quorundam, eorum inter christianos exempla non desunt quidem omnino, sed numero longe eos superant sepulcrales; efficiunt enim ter quartam partem titulorum omnium. Aedificiorum sacrorum varii generis dedicationes extant una et viginti (n. 1 50 76 80 85 87 89 99 100 *109 1Ì1 115 *119 135 143 145 146 149 155 172 181), quarum tres incertae sunt (id quod hic et deinceps ubique significavi asteriscis praepositis); aedificiorum profani usus duae tantum sunt pontis Emeritensis (n. 23*a*), de qua supra iam monui, et portae Carthaginiensis (n. 176). Crucibus inscripti sunt tituli duo (n. 10 125); horologio unus (n. 63); coronis votivis quinque (n. 159—163); reliquias sanctorum designant duodecim (n. 57 80 85 88 89 90 110 111 126 140 175 192), quorum plerique basilicas vel ecclesias eam ob causam aedificatas commemorant; ad sarcophagi unius anaglypha adscripta sunt nomina patriarcharum et apostolorum (n. 152); in pavimento aediculae alicuius similiter nomina hominum veteris testamenti (n. 183); ad incertam aliquam aedis partem titulus unus pertinet (n. 156). Incertae significationis tituli duo sunt (n. 15 36); non artificiose sculpti sed neglegenter incisi sive scariphati item duo (n. 12*b* 90). Tabella patronatus (n. 127) ideo tantum hic proponenda erat, quanquam in universum huc non pertinet, quia insignita est signo christiano. Reliqui vero tituli omnes sepulcrales sunt. Genera titulorum

Titulos perpaucos christianos Graecos in Hispania repertos, scilicet aut Graece omnino scriptos (n. 6 40 41 177 178) aut litteris Latinis (n. 39), una cum Latinis proferendos esse iudicavi; neque seclusi a vere christianis Iudaeorum hominum titulos item paucos (n. 34 186 187), cum eiusdem fere temporis sint.

7. Incidunt tituli omnes, si paucos exceperis quos quarto saeculo adscribere licet aut certo (ut n. 16 127) aut coniectura probabili (ut fortasse n. 7 8 atque tegulas n. 193—203 et annulos n. 204 207 208, qui tituli eam ob causam iam proponendi erant in volumine inscriptionum Hispanarum), non in sextum tantum saeculum (ut falso Muratorius credidit in adnotatione ad titulum thesauri sui n. 1930, 4, qui est huius syllogae n. 131), sed in saecula quattuor a quinto ad octavum. Anni indicationem secundum aeram Hispanicam dimidia fere pars eorum exhibet; cadunt autem tituli illi anni indicationem exhibentes, quos composui in indice II 1, inter annos p. C. 465 et 782 (nam in titulo n. 78 aerae numerus D, qui a. 462 responderet, non plenus est). Semel tantum saeculo sexto exeunte indicatur annus Mauricii imperatoris (n. 176) una cum indictione; consulum nomina ad annos designandos nusquam adhibita sunt; saepe autem praeter aeram Hispanicam etiam regum Visigothorum anni (cf. index II 2) adscribuntur (n. 23*a* 115 135 155 171 172), raro anni regum soli aera non addita inveniuntur (n. 76 117 119). Praeterea in locis nonnullis anni episcoporum referuntur (cf. index II 3), plerumque una cum aerae indicatione, ut Asidonensium (n. 85 88 110 111), Iliberritani (n. 116), Accitani (n. 175). Titulorum quadraginta et quattuor tempora coniectura tantum plus minusve certa definiri possunt ita, ut saeculo adscribendi videantur quinto duo (n. 147 148), quinto sextove septem (n. 102 103 116 126 152 Tempora

Digitized by Google

184), sexto decem (n. 49 57 90 95 109 114 118 122 157 182), sexto septimove duo (n. 180 **192**), septimo duodecim (n. 61 111 112 164—170 188 189), septimo vel octavo quattuor (n. 55 **139** 181 190), octavo denique quinque (n. 5 10 107 137 145). Paucos praeterea, qui temporis **nota** carent (scilicet sex hosce n. 74 129 130 132 144 146), quanquam nono videntur vel etiam **decimo** saeculo adscribi posse, ideo tamen in ordinem recepi, quia donec certiora temporis indicia **inve**nientur eodem fere iure etiam antiquioribus saeculis possunt adnumerari. Graecae deinde **in**scriptiones illae, de quibus dixi, ad quintum sextumve saeculum omnes pertinere iudicantur **pro**babiliter; ad sextum Iudaeorum tres (n. 34 186 187). Observandum praeterea non ita raro aerae numerum rotundum centenarium tantum indicatum esse in titulis, qui vivis etiam tum **pone**bantur vel parabantur, eo videlicet consilio, ut postea mortis annus mensis dies **accuratius** adderentur, quod tamen nescio qua de causa deinde neglectum est (cf. *era D* n. 78, *era DC* n. 58 66 70 71 121, *era DCC* n. 31 54 88 99 101, *era DCCC* n. 128). Restant denique incertorum temporum fragmenta viginti duo (n. 15 23 30 36 38 59 75 81 104 105 106 133 134 **141** 150 151 153 154 173 179 185 191), quae pleraque in eosdem fere temporum fines incidere, quam tituli qui integri servati sunt, statuendum est.

Ceterum aeram Hispanam, de cuius origine nondum convenit inter viros doctos (vide **quae** de ea dixerunt Idelerus in chronologia 2 p. 240 et Orellius vol. 2 p. 374), ita ubique composui cum annis Iulianis, ut initium aerae illius ponerem anno a. C. 38. Deinde illud quoque adnotandum est, inter exempla centum fere aerae vocabulum sexiens tantum *ae* diphthongum habere (n. 34*a* 44 45 71 72 113), inter ea autem exempla unum tantum (n. 44), quanquam **a** me ipso non visum, fide niti auctorum idoneorum, reliqua quattuor minus certa esse omnia. *Era d(omini)* formulam, in qua Hagenbuchius iure haesit quaeque bis tantum reperitur (n. 25 42), cum vix videatur mero descriptorum errori tribui posse, non puto significare annum Iulianum, ut voluit Orellius, sed aeram Hispanam consolitam; videtur enim formula ex confusione quadam orta esse anni domini, i. e. Iuliani, et aerae provincialis, quae, quasi eadem esset atque annus, domini dicta est utpote ex dei voluntate procedens. Notanda denique *iera* vocabuli forma in titulo saeculi decimi (n. 222) perspicua, quae alibi quantum scio nondum observata est. In mensium et dierum indicationibus (quas composui in indice II 4) etiam tituli Hispani, ut aliarum provinciarum, aliquanto differunt a vetusta consuetudine Romana. Dies plerumque indicantur formula tali *die* vel *sub die illo* (non *illa*) *kalendas* (*nonas idus*) *illas*; semel *die s(ub) illo* videtur scriptum esse (n. 56). Unde accusativum puto intellegendum esse in kalendis quoque (n. 21 73 138) idibusque (n. 71 92) indicandis, ubi compendia scripturae adhibentur; cum praesertim ter accusativus plene scriptus sit in idibus (n. 107 124 128), semel tantum ablativus (n. 98), itemque nonae accusativo ponantur ubique (n. 60 62 88). Semel tantum mensis nomen genetivo casu positum est (n. 188 *die XIIII kal. Decembrium*). Observa deinde *sub die pridie* dici (n. 65 120 121) et *die pridie* (n. 45), semel tantum more antiquo *pridie* simpliciter (n. 172). Nomen diei planetarium item semel tantum adscriptum est, cum incidebat in ipsas idus (n. 96 *die Martis quod* — sic — *fuit idus Februarias*). In dierum igitur indicationibus illis, ut in formulis linguaeve proprietatibus infra recensendis linguarum Romanicarum, quae vocantur, consuetudinem quasi incipientem deprehendimus.

Nomina 8. In saeculorum eorum, in quae tituli christiani Hispaniae incidunt, summa obscuritate non inutile videtur nomina eorum, qui in titulis appellantur, composita illa a me in indice VI, aliquanto accuratius considerare. Si omittimus, ut par est, prorsus incerta et mutila, in univer-

Digitized by Google

sum quattuor eorum genera apparet distinguenda esse. Primum ex vetere consuetudine supersunt gentilicia perpauca simpliciter plerumque adhibita (*Aurelius* **Flavius Iulius Licinia Valeria*), cognomina autem aliquanto plura tam virorum (*Avitus Crispinus Dexter Felix Flainus Onoratus Iustus Marcianus Nigrinus Pius Probus Savinus Saturninus Severus Vitalis*) quam feminarum (*Bassilla Camilla Iuliana Iusta Optata Severiana Victorina Urbana*). Nominum deinde usus recentioris tria distinguo genera, primum vere Latinorum tam eorum, quae per saecula illa ubique in orbe Romano aut certe in provinciis compluribus partium occidentis videntur in usu fuisse (ut *Aeternalis Aloiosus Amator Asella Comenciolus Dominicus Exuperantius Februarius Florentius Florentia Fulgentius Gregorius Honorius Litorius Lupicus Messor Salutius Sanctus Servandus Servanda Venantia Vincentius*), quam Hispaniae, ut nunc quidem videtur, magis propriorum (ut *Acischus* **Armiger Bracarius Cerevella Cuparius Eburinus Granniola Lilliolus Salvianella*). Alterum est nominum Graecanicorum item tam communium (ut *Alexandria Arcadius Basilia Cefalius Chionius Ceprianus Erythris Eugamia Eulalia Euticius Gamius Glaucus Leontius Macarius Porpuria Saturius Sefronius Syagrius Taumastus Theodosius Zenon*), quam peculiarium provinciae Hispaniae, quoad nunc quidem iudicari potest (ut **Arestula Caonius Ithacius Pimenius* i. e. Ποιμένιος *Sinticio* i. e. Συντυχίων *Siricia Telemacio*). Tertium genus est nominum ex sacris scripturis petitorum (ut *Emmanuel Iohannes Maria Paulus Sallomon Susanna Stephanus Thomas*). Quattuor his addendum est quintum originis plerumque, ut videtur, Gothicae (ut *Agilo Aigo Ermengond... Froila Froiliuba* f. *Gudiliuva* m. *Gulfinus Gundebebius Hilduarens* f. **Huniric Marispalla* f. *Modefredus Oppila Qaico Reccaredus Reccisvinthus Resventus Recesfidus Salla* m. *Sonnica Svinthiliuba* f. *Teudefridus Theoderaces* **Tuga Ubitilde Vintila Widigelus Wiliulfus Zerezindo Zerimundo*), quibus accedunt alibi etiam reperta (ut *Belesarius Lautari.. Teodemirus*), item certo peregrina veluti Africana (*Anna Gaudiosa sive Africa*, **Maurus*) et Gallica fortasse (ut *Bacauda Camulates*). Restant vero nomina aliquot, de quorum origine mihi plane non constat (*Istorna Locuber Macona* f. *Quinigia Quistricia Rexina*). Scio priusquam reliquarum quoque provinciarum tituli christiani collecti sunt non posse certo de nominibus illis iudicari utrum communis usus fuerint an certarum regionum peculiaria; interim cum Galliae certe provinciae vicinae comparari possunt collectis ab Edmundo Le Blant (*inscriptions chrétiennes de la Gaule* vol. 2 p. 617 ss.; cf. eiusdem *manuel d'épigraphie chrétienne d'après les marbres de la Gaule* Parisiis 1869 8. p. 39 ss.). Facile deinde comparatio extendi poterit ad nomina apud rerum eius aetatis scriptores atque in varii generis instrumentis memorata; ita nomina quoque facient ad hominum eius regionis originem linguam consuetudines paullo melius cognoscendas.

9. Certum est similiter atque in titulis paganis, ita in christianis quoque diversarum aetatum atque uniuscuiusque fere provinciae Romanae indicia esse formulas, signa, scripturae formam; ut nuper in titulis Galliae christianis demonstratum est ab Edmundo Le Blant libris modo indicatis. Verum quidem est huc quoque quadrare quod de nominibus dixi, scilicet priusquam omnium provinciarum tituli christiani collecti extant de singularum proprietatibus non posse certo iudicari; nam quae nunc singularum propria esse iudicamus tum fortasse aut omnium aut complurium communia esse videbimus. Tamen etiam ut nunc res sunt non inutile esse existimamus nec superfluum ea breviter componere quae tituli Hispaniae christiani praebent observatione digna. Formular

Atque ut ab titulis dedicatoriis vel honorariis, qui pauci sunt ut supra dixi incipiamus, praeter vocabula paganis quoque consueta *consecrandi* (n. 115 155 181) vel *sacrandi* (n. *87 175)

Digitized by Google

et *dedicandi* (n. 50 80 85 89 100 111 ubi *dedicatio illius basilicae* dictum est similiter atque *in* sepulcralibus *depositio*), quibus addi solet contra usum veterem eius quoque rei quae vel consecratur vel dedicatur nomen, reperiuntur etiam minus solita *aedificandi* (n. 109 115) *construendi* (n. 119 172) *consummandi* (n. 1) *fundandi* (n. 100 *fundavit aram altissimus per illam et illum*) *perficiendi* (n. 135); semel additur opus factum esse ab homine quodam inlustri *cum operarios vernolos et sumptu proprio* (n. 115). In proprie votivis *offerendi* vocabulum ut alibi ita hic quoque sollemne est (n. 146 159—163). Incipere autem solent ab *in nomine domini* vocabulis tam dedicationes aedificiorum et reliquiarum (n. 15 76 88 135 155 172 175) quam donariorum (n. 163); in eiusdem generis titulis etiam plenior ponitur formula *in nomine domini nostri* (n. 110) et *in nomine domini nostri Iesu Christi* (n. 111 115); quae semel tantum reperitur formula *Ihesu Christo domino nostro regnante* (n. 119) non est ab omni suspicione libera. Semel *in dei nomine* positum est in donario (n. 160) et semel item fortasse *in nomine sancti* (n. 163), ut *sanctorum nomine ceptum* dicitur aedificium aliquod sacrum (n. 1) atque *sancta tria tabernacula* Granatensis aedificata *in gloriam trinitatis* et *cohoperantibus sanctis* (n. 115). Sed sepulcrales quoque tituli aliquot ab eadem formula simplici, quae est *in nomine domini* incipiunt (n. 4 49 116 153) aut mediam interponunt similem *in nomene Christi* (n. 136); eademque etiam titulum trilinguem hominum Iudaeorum auspicatur (n. 186 *ἐν ὀνόματι* Κυρίου). Terminantur tituli aliquot sepulcrales (siquidem etiam n. 108 sepulcralis est) vocabulo *amen* (n. 75 96 108 171) vel formula pleniore *in saecula saeculorum amen* (n. 49); in titulo illo hominum Hebraeorum *cum pace amen* positum est (n. 186 *ζήσασα ἔτη οἴκοσι τέσερα ἐν εἰρήνῃ ἀμήν*), nisi potius *cum pace* vocabula ad *vixit* trahenda sunt.

In sepulcralibus autem paene constanter formula *vixit annos tot* (aut *anno* n. 113 vel *annis* n. 53) indicantur defunctorum vitae anni mensesve (n. 103) aut integri (n. 28 31 32 42 51 67 114 157 174 186) aut cum semisse (n. 53 113), aut anni matrimonii (*vixit cum marito annis tot* n. 52 53), tam additis mensibus (n. 35 46 47 68 84 102 131) diebusque (n. 43 71 73 157), quam adiecta formula generali *vixit annos* (vel *annis* n. 72) *plus minus tot* (n. 33 44 45 48 58 59 60 64 69 77 79 81 84 91 92 93 121 122 180) vel *annos tot plus minus* (n. 29) vel *plus minus annos tot* (n. 66 82) vel *annos plures vel minus tot* (n. 94) vel *annos plus minus numero tot* (n. 98 120). Adde hisce fragmenta mutila quaedam (n. 30 105 184). Interdum anni indicantur numeris *satis* implicatis, ut *quatuordeni uno supervixit annos* (n. 117) et in carmine *decies et ternos ad quater quaternos vixit per annos* (n. 123 v. 9). Rarius ponitur simplex genetivus *annorum tot* (n. 136 137) vel *annorum dierumque tot* (n. 188) aut *annorum plus minus* (n. 9), aut ita scribitur *recessit* (v. infra) *annorum tot* (n. 182); prorsus barbare semel scriptum est *in annibus viginti duos* (n. 139). Additur interdum vixisse defunctum *in hoc saeculo annos tot* (n. 54) aut *annos plus minus tot* (n. 99). Ex carmine fortasse repetita sunt non accurate quae semel leguntur *qui in hoc seculo mundam transegit vitam vixit annos plus minus tot* (n. 33) et similia velut *qui hoc seculo XII compleverat lustros* (n. 2); *lustra* certe praeterea in carmine tantum memorantur (n. 65). Similiter ex carmine quodam quasi residua esse apparet verba haec *vita brevi explevit tempora multa* (n. 21); itemque haec *celestia regna tenens* (n. 49). Scilicet ex formularibus epigraphicis, qualia extitisse paene necessario statuendum est (v. Le Blant *manuel* p. 61), talia desumpta sunt. Raro *aetas* nominatur (*cuius etas* .... n. 61 et *etatis sue XLIII* n. 171); sed adduntur interdum vocabula quae aetatem in universum indicant, ut *anus* (n. 130) *puer* (n. 182) *virgo* (n. 112). Cadunt vero tituli hi omnes intra annos p. C. 466 (n. 113) et 662 (n. 99) neque casu videtur accidisse, quod accuratiores annorum mensiumque indicationes in titulis saeculi

Digitized by Google

quinti, id est in omnium antiquissimis (v. supra § 7) reperiuntur (n. 113 a. 466 n. 136 a. 484 n. 46 131 a. 485 n. 47 a. 489). Unde aliquantum probabilitatis accedit coniecturae meae, qua titulum n. 98 anno 566 potius quam 466 tribuendum esse duxi. Amorum indicationes coniunctae cum *in hoc saeculo* formula sunt saeculi septimi (n. 2 a. 632 n. 123 a. 642 n. 117 a. 650 n. 54 99 a. 662), si exceperis centones metricos (n. 33 a. 578 et n. 21 a. 588) saeculi sexti exeuntis. Praeterea vero ad tempora accuratius definienda nihil videtur disci posse ex titulorum in his rebus differentiis sane levibus.

Ut vitae spatium, ita etiam mors hominum christianorum designatur accurate plerumque formula sollemni, quae est *requievit in pace*; quam formulam alibi quoque indicium esse saeculi quinti exeuntis et sequentium observatum est (Le Blant *manuel* p. 35). Frequens ea est inprimis eo quem dixi modo adhibita simpliciter (n. 3 4 9 11 17 19 20 22 *a b* 27 28 29 31 35 42 44 48 51 96 105 *requieverunt in pace* n. 157); interdum nomen defuncti in media ea ponitur (*requievit ille famulus Christi in pace* n. 19, *requievit famula Christi in pace illa* n. 20); semel reperitur *requievit in pace domini* (n. 3). Emeritae et locis vicinis propria est formula quaedam plenior *accepta poenitentia requievit* (vel *quievit*) *in pace* (n. 33 43 54), item acclamatio similis (n. 31); et in iisdem locis defunctus etiam dicitur *penitens* (n. 29 33); sed conferenda est formula similis in titulo Urgavonensi (n. 117). Pro composito raro ponitur simplex *quievit in pace* (n. 14 54); item raro pro perfecto praesens *requiescit in pace* (n. 52 53 94 114) vel *in domino* (n. 112); utrum perfectum sit an praesens incertum est ubi vocabula non plene scribuntur (n. 25 32). Tituli hi omnes, quotquot certis annis adscribi possunt, cadunt inter annos p. C. 482 (n. 42) et 666 (n. 20); longe plurimi saeculi sexti sunt. *Hic requiescit* formula omissis *in pace* vocabulis, quae ut simplicissima est ita fortasse etiam pro antiquissima potest haberi (cf. Le Blant *manuel* p. 23), in duobus tantum reperitur titulis, quorum alter (n. 147) re vera antiquissimus omnium Hispanorum certi anni est (a. 465); alter (n. 118) anni quidem indicatione caret, sed potest et ipse saeculi quinti esse. Semel dictum est *hoc requiescit in tumulo* (n. 184; cf. *in os tumulos quos cernitis requiescit in pace* n. 174), semel item *hic requiescit corpus* in titulo a. 624 (n. 138) et *in hunc tumulum requiescit corpus* in titulo a. 662 (n. 99); *hic quiescit .. in pace* bis dictum est (n. *101 188) et semel in carmine a. 693 *in Christi pace quiesco* (n. 158). Quasi voti loco bis additur *requiescat in pace* (n. 129) vel *requiescat in pace amen* in titulo a. 614 (n. 171). In titulo Iudaeo legitur *hic est memoria ubi requiescit ille* (n. 186). Frequentissima omnium formula est *recessit in pace* (n. 45 58 59 60 66 67 68 69 *70 72 73 79 81 82 84 *bis* 92 93 96 98 99 103 113 116 120 121 122 131) et paullo plenior in titulo Urgavonensi a. 650 *cum penitentia recessit in pace* (n. 117). Raro *recessit* simpliciter ponitur (n. 136 182; nam n. 70 mutila est); semel etiam *in pace* simpliciter nullo addito verbo, ut videtur, legitur (n. 168). Atque eorum quoque titulorum pauci inter antiquissimos eius generis referendi sunt (n. 113 a. 466 n. 136 a. 484 n. 131 a. 485); reliqui cadunt inter annos 504 (n. 92) et 708 (n. 96), ita ut eorum quoque plerique adnumerandi sint saeculo sexto. Itaque temporis nullum vel paene nullum discrimen videtur intercessisse inter *requievit* et *recessit* verborum usum; contra secundum regiones satis perspicue ita distinguenda sunt, ut *requievit* proprium sit Lusitaniae universae, ad quam pertinent eius ordinis tituli viginti, ex parte etiam Baeticae, cuius decem tituli sunt formula illa concepti, atque dimidia quidem pars eorum reperta in regione Baeticae cum Lusitania confini (n. 48 51—54), *recessit* vero Baeticae paene soli; nam uno excepto, qui Tarraconensis est (n. 182), reliqui eius ordinis tituli triginta omnes in Baetica reperti sunt. Semel tantum in Baetica *requiescit* invenitur (n. 118) atque similiter in singulis titulis *hic re-*

Digitized by Google

quiescit in pace (n. 101) et *requiescat in pace* (n. 129). Paucae quae praeterea extant formulae eius varietates, ut *hic quiescit in pace* (n. 188), *hoc requiescit in tumulo* (n. 184), *in os tumulos requiescit in pace* (n. 174), *hic requiescit corpus* (n. 138), *in pace Christi quiesco* (n. 158 a. 693), *requiescat in pace amen* (n. 171), *hic est memoria ubi requiescit* (n. 186), eae omnes Tarraconensis sunt, neque similia inveniuntur nec in Lusitania nec in Baetica. Itaque etiam in Hispania, ut in Gallia (cf. Le Blant *manuel* p. 75 ss.), locorum tantum non temporum discrimen fuisse videmus in formulis adhibendis. Similes autem diversitates etiam in reliquis formulis, quae per se rariores sunt, observantur. Ita Lusitaniae sunt *depositio* (n. 11 18 annorum 544 et 766), *huic rudi tumulo iacens* (n. 2 a. 632), *in hoc loco quiescens* (n. 31 a. 662), *obdormivit in pace Iesu quem dilexit* (n. 21 a. 588), *dignum deo in pace commendavit ispiritum* (n. 2 a. 632); item acclamationes ut *domine Ihesu Christe famule tuae illi omnia peccata dimitte* (n. 31 a. 662), quacum comparandae sunt formulae supra allatae Emeritenses *accepta penitentia requievit* et similia, et *pax quicumque huius sepulcrum [non violaverit]* (n. 29 a. 627). In Baetica saeculo quinto in usu videtur fuisse *receptus in pace* formula (n. 46 47 annorum 485 et 489, cf. n. 62; nam incerta est formula eadem in titulo Lusitano n. 36). Deinde in eadem provincia hae formulae inventae sunt *hic tumulus illius* (n. 49), *in hoc tumulo iacet* (n. 60 a. 544), *tumulum illius [vides?]* (n. 61), *hic reconditum est corpus* (n. 74) et in carminibus hae *uius namque tumulo procumbit illius post funere corpus* (n. 86 a. 649) et *sepultus quiescit* (n. 123 a. 642). Praeterea simpliciores ibidem extant hae *mortuus est* (n. 94 a. 586), *deposita* (n. 75), *obiit* (n. 65 a. 641 n. 91 a. 578); incerta denique formula *in vita sua hunc diligens locum* cet. in titulo a. 650 (n. 117). In Tarraconensi denique provincia formula quae est *obiit in pace dei* bis reperitur (n. 142 a. 630 et n. 150); deinde *transivit* (n. 138 a. 624, *transibit* n. 148), *depositus in pace* (n. 180), *mortuus fuet* (n. 137), *in isto loco sepultus est* (n. 189; cf. fragmentum n. 141); porro *tegetur tomolo in isto* in carmine legitur (n. 165 a. 690), et in carmine fortasse etiam *ibi* tantum pro eo quod esse solet in titulis paganis *hic situs est* (n. 169); denique huc pertinet prorsus singulare illud, siquidem certae est interpretationis, *illius sum* (n. 148). *Decedit e vita* semel scriptum est in tegula (n. 194).

Sacrae scripturae verba alibi non raro adhibita in titulis sepulcralibus in uno tantum Baeticae titulo reperiuntur vatis illa (Iob 19, 25. 26) *credo quod redemptor meus vivet et in novissimo die de terra suscitabit pelem meam et in carne mea videbo dominum* (n. 95). Licet huc fortasse etiam trahere verba haec, quae leguntur in titulo circa Ursonem Baeticae non procul a praecedente reperto (n. 96), *ut pro tuo promisso et sublibamine* (i. e. sublevamine) *mereamur ingredi paradisi ianue*. Praeterea semel tantum in titulo Hispano sacrae scripturae verba leguntur, scilicet in annulo (n. 208) evangelii haec *os non comminutis in eo* (ev. Ioh. 19, 36).

Memorandae denique sunt titulorum Graecorum formulae *ὑπὲρ ἀναπαύσεως καὶ σωτηρίας τῆς μακαρίας κυρίης τῆς δεῖνα* (n. 177) et *ὁ δεῖνα ἐταφρώδη μετὰ εἰρήνης — μέμνησο* (n. 178); item Iudaeorum Latini mutili (n. 34) et trilinguis eius (n. 186), cuius saepius iam mentio facta est.

Apparet igitur ab titulis illis paganam iam consuetudinem omnem omnino ita abesse, ut pauci tituli, in quibus pagano usui non dissimilia observantur (velut *memoriam fecit filio pientissimo loco peregrino* n. 7 et *dulces anima* n. 46), eam ipsam ob causam utrum christiani sint necne (cf. etiam n. 8) et num liberi sint ab omni suspicione (sane n. 46 Roderici Cari tantum fide nititur) iure possit dubitari.

Ut in reliquis provinciis, ita in Hispania quoque tegulae aliquot inventae sunt inscriptae aut votis, veluti *Macari voto* (n. 200), *spes in deo* (n. 203, nisi hoc *Spei* nomen proprium est), aut accla-

Digitized by Google

mationibus tam ad viventes, ut videntur, directis, ut *felix Asella* (n. 197), *Bracari vivas cum tuis* (n. 193), *Chioni vivas* (n. 196), *Lupicus vivit* (n. 199), *Marciane vivas in Christo* (n. 203), quam ad defunctos, ut *in deo decedit e vita* (n. 199 et simili, sed corrupte tradita (n. 195). Semel tantum in tegula tali similiter atque in tegulis paganis permultis figuli officina indicatur (n. 201).

Quod in titulis christianis omnibus observatum est, scilicet deesse fere in iis officiorum tam publicorum quam privatorum, quae in vita fuerint defunctis, indicationem praeter ecclesiae ipsius, id in Hispanis quoque usu venit. Nam praeter *famulus* (*famula*) *dei* vel *famulus* (*famula*) *Christi* titulos defunctis paene omnibus datos, qui Hispaniae fere soli proprii sunt (cf. Le Blant *manuel* p. 24. 78) atque ibi videntur in usu fuisse omni tempore inde a saeculo quinto et in omnibus regionibus paeninsulae promiscue, paucissimae tantum reperiuntur defunctorum indicationes prorsus generales, quas composui una cum ecclesiae honoribus et officiis in indice IV; velut *fidelis*, *fidelis Christi*, *bene memorie* (quod etiam πάμμνηστος Graece versum legitur in titulo Iudaeorum n. 186), *pius*, *anus religiosa* (in carmine). Singulare est, quod semel *baptidiatus* aliquis nominatur. Ex vitae vero communis usu videntur desumpti esse tituli *inlustris*, *vir inlustris*, *sanctus et inlustris herus* (in carmine), *inlustris femina*, *clarissima femina*.

Quae ad res sacras, ad ecclesiae Hispanae historiam et ad sanctos martyresve ab ea cultos, item ad regum Visigothorum historiam pertinent, cum non meum esse existimarem quaestiones tam graves tamque difficiles perstringere hoc loco, satis habui componere in indicibus III IV V; ea autem inprimis ita comparata esse, ut solidioris doctrinae fundamenta aliquando inde peti posse videantur, supra iam significavi.

10. Poesis sepulcralis christianorum ut in universum solet etiam aliquanto peior esse quam paganorum et ipsa satis mala, ita quanquam in Hispania non defuerunt illis quoque temporibus aliquot homines, qui nomen saltem poetarum sibi vindicarent, veluti Eugenius Toletanus, tamen quae in vulgus tum exierunt poesis exempla atque ad sepulcra exornanda usurpabantur omnium fortasse quae supersunt labentis aetatis carminum pessima sunt. Pleraque sane carminum illorum, quae composita sunt, ut docent anni adscripti, inter annos 549 et 762 quorumque initia indicavi in indice VII, composita sunt metro dactylico (n. 10 21 23*a* 34*a* 65 86 124 128 142 143 144 156 158 176); sed interdum iam aut singulae versuum partes aut versus integri simili sono terminantur (n. 12 49 55 86 165), quod primum nisi fallor observatur in carmine anni 593 (n. 12). Inde vero a saeculo septimo medio metra antiqua omnino spernuntur atque carmina novicii illius generis incipiunt, quae syllabarum quantitate neglecta accentum vocabulorum secuntur (n. 123 129 130 132); inter quae etiam acrostichis una est (n. 130). CARMINA

11. Signa vel symbola, quibus christiani ut artis opera reliqua ita etiam titulos solebant ornare, crucis potissimum signum et nominis Christi litterae initiales Graecae variis modis formatae, in titulis Hispanis ita observantur passim adhibita, ut nec temporum nec locorum discrimina in iis adhibendis appareat obtinuisse. Crucis signum simplex ☩ initio potissimum titulorum poni solet, ut etiam alibi; extat illud eo loco in titulis plus quam triginta (n. 1 4 10 12 13 15 20 31 32 33 42 52 54 60 63 77 88 111 116 117 120 126 138 141 147 155 159—163 172 181 207), non raro coniunctum cum *in nomine domini* formula vel similibus (n. 4 88 111 116 155 160 163 172) aut cum nomine Christi (ΛΠΩ n. 33 a. 575; ΑΧΩ n. 60 a. 544). Tam initio SIGNA ET SYMBOLA

Digitized by Google

quam in fine in Graeco tantum titulo (n. 177) ponitur; item dupliciter in fine Graeci alius (n. 178); praeterea in fine fragmenti tantum obseuri legitur (n. 191). In medio titulo ante sanctorum vocabulum item semel extat (n. 146); similiter semel *in* ☩ pro *in XP* (*in Christo*) videtur positum esse (n. 137). Pro crucis signo simplici X Graeca Christi initialis initio reperitur, nisi error subest lapicidae, in tituli unius (n. 174) exemplo ex duobus quae extant altero. Sunt inter titulos illos cruce insignitos saeculi quinti duo (n. 147 a. 465 et n. 42 a. 482); reliqui, quotquot annorum indicationibus instructi sunt, cadunt inter annos 515 et 691. Bis signum crucis simplex intra circulum positum est (n. 11 a. 544 et n. 82 a. 645). Interdum cum cruce simplici coniuncta est P littera Graeca ☩ (n. 121 a. 562) aut R Latina ☩ (n. 76 a. 573); non raro etiam in saeculi sexti titulis A et ω litterae utrimque adponuntur crucis signo ita ut quasi suspensae esse videantur ex trabe crucis media ita ☩ (n. 3 21 22*a b* 73 74 91 106, qui sunt annorum 566 ad 588; male crux videtur omissa esse relictis litteris illis duabus in titulo n. 92 a. 504). Saepius vero saeculis sexto et septimo eaedem litterae illae coniunctae inveniuntur cum Christi initialibus ita ☩ (n. 2 9 28 33 66 67 68 125) aut ita ☩ (n. 98 99); sunt autem tituli illi annorum 520 ad 662. Ponitur vero hoc quoque signum similiter ut crux simplex persaepe in titulorum initiis; semel postea additum est in titulo Iudaeorum (n. 186); in fine semel legitur (n. 14), siquidem recte ita traditur. Etiam Christi initiales Graecae simplices ☧, interdum intra circulum positae (n. 7), in initiis titulorum extant (n. 7 27 43 81 184 185), quorum titulorum unus tantum (n. 143) certi anni est (a. 585); raro leguntur mediis titulis interpositae, ut *fidelis* ☧ semel scriptum est (n. 182), praesertim in tegulis (n. 195 196 201). Saepe a quinto saeculo usque ad octavum additae sunt initialibus Christi A et ω litterae (n. 18 60 61 72 75 78 84 95 102 103 127 180); in quibus tituli sunt post a. 462 (n. 78) et a. 766 (n. 18) sculpti. Atque in titulis omnibus, quos modo enumeravi, signum illud initio positum est; interdum circulo includitur (n. 95); in fine titulorum bis extat (n. 44 a. 482 et n. 71 a. 562); in mediis tegulis ter invenitur (n. 193 198 203); raro per se solum ponitur (n. 164) omissa etiam P litterae indicatione qualicunque AXω (n. 23). Semel cum A et ω coniunctae sunt initiales duplices (n. 151); atque semel etiam X et P initialibus Graecis eodem nexu videtur addita esse quasi ornamentum S Latina, qua Christi nomen terminatur casu primo (n. 151). Praeter signa illa ut ita dicam litterata reliqua symbola christiana, quae alioquin trita sunt, in titulis Hispanis raro tantum reperiuntur, veluti columbae binae, quas in novem tantum titulis vidi (n. 35 45 56 72 92 95 102 103 180), saeculi sexti omnibus (sunt autem annorum 504 ad 530), et in annulo uno (n. 206); piscis semel tantum cernitur in titulo a. 585 (n. 43). In titulis Hebraeorum pentalpha quod dicunt et candelabrum templi Hierosolymitani (n. 186), item luna (n. 187) reperiuntur, nisi haec fortasse superest ex titulo pagano antiquiore, qui eidem lapidi potest antea insculptus fuisse (periit autem); in titulis enim Hispanis antiquioribus luna saepe observatur. Proprium denique est titulorum saeculi sexti Emeritensium, quod solent toti circumdari sertis ramisve vel lauri vel palmae (n. 27 28 30 35 41).

Lingua titulorum

12. Linguam Latinam in Hispania saeculis quinto ad octavum in usu fuisse eandem atque in reliquis imperii quondam Romani provinciis neque ullo modo cogitari posse, ut cogitarunt historiographi litterarum Hispanarum nonnulli Hispani, de Latinitate quadam Hispana peculiari, id nisi aliunde iam constaret titulis hisce, quos collegimus, satis et abunde demonstraretur. Si qua enim in iis sunt omnino, quae a labentis linguae formis alibi usitatis differunt, ea quoque, ut nunc quidem comparata sunt haec studia nostra, similiter atque formularum et quae sunt

Digitized by Google

similia differentiae, ut supra diximus, non satis certo videntur definiri posse, antequam reliquarum etiam regionum, in quibus linguae quae dicuntur Romanicae ex Latina sensim sese formaverunt, monumenta composita habuerimus omnia eorumque linguam penitus cognoverimus. Itaque satis visum est in indice VIII grammatico simpliciter componere, quaecunque a melioris temporis usu recedunt. Quae sane, si omnia consideraveris, nec multa sunt nec eius generis, ut exempla linguae similiter depravatae tempore antiquiore omnino desint. Immo iuxta labentis linguae et pronuntiationis testimonia etiam bonam et antiquam scribendi consuetudinem non prorsus defecisse formae nonnullae docent in iis obviae verbaque ut *aput* (n. 192) *set repperit* (n. 142) *cluere* (n. 123) *deciens* (n. 12), item usus consonantium non adsimilatarum. Depravationes autem iam tempore antiquiore frequentes sunt *e ae oe* inter se permutatae, *i* pro *y* et ante *s* impuram posita (ubi cum *e* etiam commutatur), aspiratio aut omissa aut addita perperam, *b* et *v* inter se commutatae, *m* et *s* finales omissae, consonantes non geminatae, et quae sunt similia; deinde etiam frequens accusativi et ablativi in structuris permutatio (*cum operarios*, *in annibus*, *in hunc tumulum requiescit* cet.). Singula hic persequi nolo; neque vero omnia quae in indice grammatico leguntur ideo apposui, quod linguae ea vera esse testimonia crederem neque unquam errasse putarem lapicidas, qui titulos illos inciderunt. Immo errores aut eorum qui titulos inciderunt aut etiam qui exempla eorum exceperunt tales esse existimo formas barbaras omnino quales sunt *siscensqattus* et *siscensquattus* (n. 22 *a b*), *requeivit requivit* (n. 35 44), *perspectura* (n. 149), fortasse alia. Sed talia, cum propriam sibi poscerent quaestionem grammaticam, accuratius discernere non huius loci esse visum est. Singularia et observatione digna sunt zetacismi quem dicimus vestigia (*baptidiatus iudigsium Sciprianus *septuazinta sussitabit Zacob*); nam secundum Isidori testimonium notum pronuntiationis ita mutatae initia fortasse quaerenda sunt apud Hispanos, qui etiam hodie peculiari quadam linguarum facilitate, qua dentales et sibilantes solent efferre, praediti sunt. Notanda praeterea exempla *s* finalis omissae in genetivis (*Felici Ioanni Iudanti Pastori*), nominum Gothicorum in *a* flexio abundans in *ani* (*Oppilani Egicani*), unde orti sunt nominativi in *anus* (velut *Svinthilanus*), *acsi* positum pro *et si* (n. 172 244 *c*).

13. Ut dicendi, ita etiam scribendi in titulis illis usus, cum non pauca offerat aliunde nondum nota, dignus est qui observetur aliquanto accuratius. Inter scripturae compendia, quae in indice IX composui quaeque in universum aevi labentis indicia etiam alibi reperiri solita exhibent, unum est, quod nondum certo contigit explicare (Ⅱ, fortasse *ill[ustris]*, n. 80 85 90 166). Reliqua non eam monstrant aequabilitatem, quam tempore antiquiore observamus; pleraque tamen lineis superpositis distinguuntur; litterae singulae omissae interdum etiam punctis, quae praecedenti imponuntur (*decien*, *qater* n. 12), indicantur. Notandae praeterea ĉ, ⲟ, T et inprimis X litterae formae singulares; haec quot difficultates pepererit doctis Hispanis ex appendicis potissimum titulis aliquot apparet (n. 247 249 254), etenim posita esse iudicatur pro XL; perperam, cum numerus quadragenarius, siquidem omnino nexu quodam duarum litterarum X et L designatur, ita X profertur (cf. n. 174). Ut in infimae aetatis titulis paganis observatum est, ita etiam in christianis hisce lineis antea incisis singuli versus inscripti sunt (n. 16 116 117 cet.). Singulare deinde est scribendi artificium, quod in titulo uno (n. 145) usurpatum est; cuius artificii exempla aliquot antiquiora ex Africa provincia innotuerunt. Interpunctionis ratio in universum fere non differt ab antiquiore: formas aliquot punctorum ornatas indicavi in fine indicis IX. SCRIPTURAE FORMA

Digitized by Google

Ut litterarum formae variis temporibus variae itemque nexus earum artificiosi, quoad fieri possit, perspiciantur typographi ars plene efficere nequit; itaque confugiendum erat ad artem xylographicam. Qua repraesentati ut exhiberentur in hoc volumine tituli quotquot supersunt aut ipsi aut exemplaribus idoneis depicti, id factum est liberalitate academiae Regiae Berolinensis, quae ut in titulis paganis tam Graecis quam Latinis edendis operam suam collocavit, ita etiam christianis hisce commode proponendis noluit deesse. Delineati sunt tituli plerique ad exempla chartis madidis impressa, quae collegi, et arte photographica in modulum minorem redacta; exempla vero titulorum, qui perierunt, aut impressa aut manu facta ea tantum exhibui, quae accurata esse videbantur, qualia Iosephi *Velazquez* et Francisci *Palomares* sunt paucorumque aliorum, aut talia, qualia typis nulla ratione potuerunt repraesentari. Ligno autem incidendos tradidi omnes Hugoni Bürkner Dresdensi eius artis peritissimo.

APPENDIX TITULORUM RECENTIORUM

14. Quoniam cum titulos christianos saeculorum quinti ad octavum ex schedis et libris collegi ne potui quidem prorsus omittere eos, qui aut anni nota omnino carent aut temporis sunt minus certi, meum in usum titulos excerpsi omnes etiam saeculorum noni et decimi usque ad annum fere millesimum et quod aliquanto excedit. Scio me ita delapsum esse ad aetatem, quam mediam vocamus quaeque ab his nostris antiquitatis studiis prorsus aliena est. Similes autem prorsus rationes atque illae, quas supra exposui me commovisse, ut ne detrectarem provinciam hanc titulorum christianorum edendorum in me suscipere, illud quoque effecerunt, ut quos collectos haberem titulos recentiores, eum viderem eos multas ob causas utiles esse iis, qui temporum illorum historiam non ex chartis tantum et libris, sed ex titulis quoque lucem nanciscl intellegerent, neque facile iterum ab aliis undecumque coacervari posse, ita ut enotassem ederem una cum reliquis titulis christianis ex iisdem fontibus a me collectis eodemque ordine dispositos. Verum est me paucos tantum eius generis lapides vidisse ipsum, scilicet decimam fere partem solam, indeque necessario secutum esse exempla aut manu scripta aut impressa magna ex parte prave excepta et corrupta. Sed quoniam perierunt tituli ipsi longe plurimi quique extant servantur maiore ex parte in locis deviis et difficilibus aditu, standum erit in exemplis a me propositis etiam ei, qui maiorem iis curam impenderit quam ego impendere et volui et potui. Interim illud sane exempla a me proposita efficient, ut quae extent eius generis demonstrent certe iis, qui post me accuratius inquirere volent in hoc genus titulorum. Utilitatem autem non levem illi habent etiam ad antiquiores titulos Hispaniae christianos et intellegendos et emendandos; mirum enim est quam constanter in iis servatae sint per non paucorum saeculorum spatia linguae, formularum, litterarum proprietates excultae tempore antiquiore. Ita, ut pauca indicem, si formulae solae respiciantur tituli aliquot saeculi decimi (n. 210 235) facile adscribantur saeculis quinto sextove; ☧ litterae forma, de qua supra dixi, eadem est in titulis saeculi noni et decimi (n. 247 249 254) atque in antiquioribus; carmina non infrequentia (n. 213 220 222 223 230 232 235 239 241 242 243 255 261 275), in quibus sunt duo in codice tantum Azagrae servata (n. 218 219; ut supra n. 23*a*), lingua et metro proxime accedunt ad antiquiora; ex formulis una, quae est *ac si indignus abba* ex titulo saeculi septimi nota redit in decimi aliquo (n. 244*c*); sancti et martyres in recentioribus his fere iidem culti reperiuntur qui in illis (velut S. Baubilius n. 255 v. 36); tituli votivi saeculi octavi nonique in crucibus Ovetensibus extantes (n. 247 249 252 253 256 268) cum titulis inscriptis crucibus et coronis votivis Toletanis saeculi septimi (n. 159—163) apte comparantur. Etiam litterarum forma constanter in universum servata est, ut docent imagines arte xylographica expressae titu-

Digitized by Google

lorum fere duodecim, quas hic quoque addere potui aut ex ectypis sumptas a me comparatis aut ex exemplis antiquiorum descriptorum accuratis repetitas. Itaque in titulis illis recentioribus non iis tantum, qui Hispaniae aut aevi medii omnino (cf. n. 286) historiam tam sacram quam profanam curant, sed etiam linguae et scripturae Latinae, quales infima aetate fuerint, studiosis subsidia me proferre non spernenda hac qualicumque opera mea confido. Ceterum addendum hic quoque erat caput singulare titulorum vel falsorum omnino vel suspectorum, scilicet eorum, qui certis de causis non eius aetatis esse putandi sunt, quam ipsi profitentur (n. 83*—104*).

Digitized by Google

CONSPECTVS.

pag.

Pars prima. Lusitania 1

Pars secunda. Baetica 15

I. Conventus Hispalensis 17

II. Conventus Astigitanus 26

III. Conventus Gaditanus 32

IV. Conventus Cordubensis 33

Pars tertia. Tarraconensis, Asturia et Gallaecia . 41

I. Conventus Bracaraugustanus 43

II. Conventus Lucensis 43

III. Conventus Asturum 44

IV. Conventus Cluniensis 47

V. Conventus Caesaraugustanus 47

VI. Conventus Carthaginiensis 49

VII. Conventus Tarraconensis 59

Instrumenti domestici inscriptiones 63

Tegulae 65

Annuli 66

Appendix titulorum recentiorum 67

I. Lusitania 69

II. Baetica 69

III. Gallaecia et Asturia 75

Tarraconensis reliqua 88

Instrumentum domesticum 90

Falsae vel suspectae 91

Appendix 103

Indices 107

Auctarium 119

Addenda 120

Digitized by Google

PARS PRIMA.

LVSITANIA.

Digitized by Google

1 Duobus milliaribus infra Terranum (*Torrão*) Lusitaniae supra ianuam templi *Res.* In *Alcaçar de la Sal*, in ecclesia aliqua antiqua prope oppidum *Mor*.

† HVNC DENIQVE EDIFI
CIVM SANCTORVM NO
MINE CEPTVM IVSTI ET
PASTORIS MARTIRVM
5 QVORVM CONSTAT ESSE
SACRATVM CONSV
MATVM EST OC OPVS
ERA DCCXX

Hunc denique edificium — sanctorum nomine ceptum
Iusti et Pastoris martirum — quorum constat esse sacratum.
Consumatum est oc opus era DCCXX

aera 720
p. C. 682

Resende in epistula ad Moralem [1570] Hisp. ill. 2 p. 1030 et in antiquit. [1593] p. 238; Morales *coron.* [1574] 1 f. 354 vv. aliter divisis. Ex utroque reliqui omnes, velut Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 40; Masdeu 9, 157, 6.

6 CONSVM|MATVM, 7 HOC Mor.

Quanquam a Resendio solo titulus traditur, tamen non puto fictum esse propter ipsam verborum barbariem etiam calliditate Resendii maiorem. Tamen non nego, tituli formam universam (*denique* illud potissimum) a suspicione non esse liberam omnino.

---

2 Salaciae in coenobio S. Antonii in pariete aediculae undecim mille virginum intranti a dextra. Nuper inde translata ab Emanuele Xaro Setubalem et inde fortasse Olisiponem.



Sinticio famulus d(e)i | cognomento d(e)i domum | paterno, traens linea(m) Getarum, | huic rudi tumulo iacens. | Qui hoc seculo XII conpleverat lustros, | dignum deo in pace conmendarit ispiritum | sub d(ie) VI id(us) Agustas | er(a) DCLXX. Tibi detur pax a d(e)o. aera 670 p. C. 632

Morales *coron.* 2 f. 116 (inde Britto ed. I 2 f. 220 v.; Fr. Antonius da Purificação *chronica dos eremitas de S. Agostinho* 1 [1642] f. 241; Masdeu 9, 362, 1); Anton. Coelho Gasco *antiguidades* ms. f. 417; Fr. S(alvator) S(oares) M(enna) *memorias de Alcacer do Sal* [1751] ms. bibl. publ. Port. E 1, 673; Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 32; Emanuel da Gama Xaro Setubalensis dedit accurate depictam.

Exempla minimis exceptis inter se consentiunt. Haereo in nomine et origine viri illius explicandis, nam si non corrupta, sane valde obscura sunt quae de iis proferuntur. Nam si Sinticionem (i. e. Syntychionem) putamus *cognomento paterno* fuisse insignitum *dei domum* quasi signo aliquo, paene coacti sumus *domum* vocabulum putare prave scriptum esse pro *donum*, ut cognomen evadat simile talium qualia sunt *Adeodatus* et reliqua eius generis Africana. Restant non minus insolenter dicta *traens lineam Getarum*, pro *originem ducens a Getis* et *huic* pro *hoc rudi tumulo iacens*.

Digitized by Google

3 Pace (*Beja*) in turri ecclesiae *Mor.* In cochlea summi templi *Res.* 'In ecclesia S. Mariae *da feyra*, in gradibus turris *dos sinos' Card.* In palatio episcopi *Bayér.* Periit.

† A ✝ ω †
† SEVERVS
PRSBIT · FAM
VLVS XPI VI
5 XIT ANN LV
REQVIEVIT
IN PACE DNI
XI KAL · NOVEMBRES ERA
DCXXII

aera 622
p. C. 584

Severus pr(e)sbit(er) famulus Chr(ist)i vixit ann(os) LV, requievit in pace d(omi)ni XI kal(endas) Novembres era DCXXII

Resende antiquit. [1593] p. 207 (a Resendio accepit Morales *coron.* 2 f. 82; ex eodem Britto ed. I 2 f. 206 v.; Fr. Antonius da Purificação *chronica dos eremitas de S. Agostinho* 1 [1642] f. 198 v.; Florez *Esp. sagr.* 14 p. 257; Masdeu 9, 249, 2); Ludov. Cardoso *diccionario geographico* 2 [1751] p. 124; Cenaculo ms. Ebor. 1; Bayér *viaje* ms. f. 251 q. v.

Quanquam Resendius falsarius notas testis est antiquissimus, tamen de antiquitate tituli non est dubitandum non tam ideo, quod nec Cenaculo nec Bayerus de ea dubitaverunt (scitissime enim Resendium fraudes suas in ipsis marmoribus incidendas curasse aliunde satis constat, cf. C. I. L. 2, 12* 18*), sed propter locum ubi ad Cenaculi usque tempus permanebat, scilicet inserta ipsi muro turris ecclesiae cathedralis. Nam in loco tam conspicuo tamque difficili aditu Resendium lapidem novicium collocasse omnem probabilitatem excedit. Neque in tituli verbis fraudis indicia adsunt.

---

4 Pace repertam esse affirmaverunt Cenaculo.

† IN NOMINe dni ...
SOL'RONVS vixit an
NOS V LXV · Requiesci
T IN PACe sub d(ie) ...
5 KLD · IVNIAs era...

Cenaculo ms. Ebor. 14 et 77. V. 2 n. 14 ita exhibetur SOLAONVS, n. 77 ita SOL'AONVS. Latetne .....s *diaconus*? Reliqua facile supplentur.

---

5 Pace in muris ad portam Myrtilensem.

ÆCLESIÆ E OB
PRO NCOLOMEXE N

Cenaculo ms. Ebor. n. 76 ... *aeclesiae e? ob ... pro incolometate in ....*

Cuius temporis sit incertum est; puto octavo nonove saeculo potius adscribendam esse quam sexto septimove.

6 Pace reperta in fundamentis palatii episcopalis; servata Eborae in museo Cenaculano.



Descripsi et ectypum sumpsi (unde edidi in actis acad. Berol. a. 1861 p. 768) neque vero intellexi; Ios. Laur. de Valle ed. in folio singulari impresso Romae a. 1791 4. atque ita vertit ridicule '*fertilis terra fructificavit cum Assyriis*'.

---

7 Locus ubi inventa sit non indicatur, sed referenda certe ad Portugalliam meridionalem agrumque Pacensem. Signum christianum intra circulum.

✱
ARMIGER · FID ANN ·
XVIIII · M · VII SEVERA
M · FILIO PIENTISSI
MO · LOCO · PEREGrino
5 MEMORiam f. c.

Cenaculo ms. Ebor. 1, 13 qui non dicit unde habeat (inde per Salgadum puto Levy p. 178, 393).

4. 5 PEREGE | MEMORIIIA · ICV traditur.

Nisi adesset signum christianum propter formulas facile paganam crederes; tamen etiam *Armiger fid(elis)* vocabula ad usum potius christianum ducunt.

---

8 In praedio dicto *as Cortes de Monbeja* [prope Pacem Eboramve] titulum extare litteris Gothicis ita inscriptum

. . . . . .
VICTORINA
. . . . . .

Cenaculo ms. Ebor. 1, 13 affirmaverunt amici, qui tres omnino fuisse versus, primum duas tantum habuisse litteras, tertium multas sed confusas addiderunt. Nisi diserte traderetur litteras fuisse Gothicas, versu primo D M fuisse litteras titulumque paganis adscribendum esse putarem.

Digitized by Google

9 *Alcito* (provinciae *de Alemtejo*) in latere arcus S. Rochi, qui est in platea oppidi, versus vicum *o Rocio* et campum (*dicc.*).

A † ω
T A V M A S T
VS FAMVL · DI
VXT ANN · PL · MIN · L
5 REQVIEVIT IN PA
CE SVB D
XVIII · KL · IANVARIAS
ERA DCLX — aera 660? p. C. 622

Cenaculo ms. Ebor. n. 1, 13 sine loci indicatione (inde male Salgado *monumentos Romanos em Portugal* ms. 4 p. 45); *diccionario geografico* ms. [a. 1742] 3 p. 370.

Cenaculi exemplum neglegenter scriptum est, sed formam litterarum imitatur cum fide, quanquam non docte; unde hoc sequor. Salgado exempla ambo videtur habuisse, sed corrupisse.

1 om. Cenac. 2 TAVMASI[VS dicc. 3 Δ (pro DI) dicc. 4 ANN · LIII Salg., dicc. 6 CHRISTI Salg., CRISTI dicc. (pro SVB D); scilicet D litteram significare putabant *dei* vel *Christi*, ut saepius). 7 XIIII KAL MARTIAS Salg., XVIII MARTIAS dicc. 8 ERA D..... Salg., ERA Ɔ C dicc. Cenaculo ita exhibet ϟϟLX, unde numerum DCLX posui coniectura non certa, nam titulum sexti potius quam septimi saeculi esse crediderim.

10 Eborae in aedibus Resendianis, in viridario. Litterae sunt saeculi, nisi fallor, octavi.



Flecte genu, en signum per quod vis victa tirani
Antiqui, atque Erebi concidit imperium.
Hoc tu sive pius fronte(m) sive pectora signes,
Nec lemorum insidies expectaraque vana time.

Descripsi et ectypum sumpsi, unde edidi in actis acad. Berol. mensruis a. 1861 p. 768.

Nota puncta *i* litterae superposita (ut in titulo a. 589 n. 176), item *expectara* pro *spectra* formam scriptura *s* impurae insignem. Ceterum crux ipsa vel crucis signum, quod respicitur, periit.

11 Eborae in aedibus Resendii olim, in culina, postea in museo, ubi extat (Pace ponit *Murphy* male).



Depositio Pauli famulus (sic) *dei vixsit annos L et uno, requievit in pace d(ie) III idus Mart(i)as era DLXXXII*

aera 582
p. C. 544

Descripsi et ectypum sumpsi. Resende *Evora* cap. 10 (Hisp. ill. 2 p. 978) et in antiquitatum appendice a Vasconcello edita p. 41 (inde Morales *coron.* 2 f. 61; Grut. 1057, 3; Britto ed. I 2 f. 179; Cardoso *agiologio* 2 [1659] p. 162; Fr. Antonius da Purificação *chronica dos eremitas de S. Agostinho* 1 [1642] f. 150 v.; Masdeu 9, 355, 10); Murphy *travels in Portugal* p. 301 tab. XV C aeri incisam; Bayér *viaje* ms. f. 261 v.

De antiquitate non est dubitandum.

Digitized by Google

12 Prope Eboram rep. (post Cenaculi mortem a. 1813) in *Villanova de Regengas* in loco dicto *monte de Asinheira*.

a † *Dum simul d[u]lcem | cum viro carpere(m) vitam,*
Ilico me fortuna [tu]na] tulit semper noxsea cuntis.
Vita(m) dum vix(i), Venantia | nomen in seculo gesi.
Ter deciens quater in pa|ce quietos per[tuli] annos.
5 *Ultimum iam solvi de|ritum comunem omni|bus unum.*
Hoc loco erga meos elegi | quiescere proles,
[No]ndum quos dominus | [co]cavit purgatos un|[da l]abacri.
Requ[evi]t in pace sub d(ie) IX | [kal(endas)] Februar(ias) er(a) ∂ CXXXI
aera 631
p. C. 593

Descripsi et ectypum sumpsi, unde edidi in actis menstruis acad. Berol. a. 1861 p. 767.

1 DLCE traditur. 4 TVNA syllabae a lapicida errore repetitae sunt. 6 Punctum x litterae VIX vocabuli superpositum videtur indicare *litteram* omissam. 10 Quod dedi, PERTIV in lapide est; emendavi olim et post me similiter Büchelerus in annal. philol. novis a. 1863 p. 777. 14 ELEGI scriptum est dilucide, nam I finalis casu tantum V similis evasit. 17 CAVIT littera ecertae sunt.

Ceterum casu videtur accidisse quod versu tertio solo *viri* et *gesi* vocabula simili sono concludantur.

In margine lapidis, sed in ipsa facie, a dextra inscriptionis a fine v. 16 ad v. 13 transverse scariphatae sunt litterae hae

b MN∧L∘CA∆IEF//II

quas non intellego.

---

13 Reperta prope *Marcão* in parietinis oppidi antiqui, quod Medobrigam fuisse putant Portugallenses (*Aramenha*).

† OPTATVS FAMVLVS
DEI VIXIT ANNOS *Ca* *sic*
REQVIEVIT IN PACE D
VIII ıL AVGVSTAS ERA
5 DLI aera 551 p. C. 523

Didac. Pereyra Sottomayor *tractado da cidade de Portalegre* [1619] ms. f. 231 v.

Apparet vv. dispositionem non observari. V. 4 VIII ∞ traditur, 5 numerus ita exhibetur DLI.

---

14 Prope *Vide* (*concelho de Caria, provincia de Beira*) ad aediculam S. Iohannis Baptistae *Britto*. Reperta *em nossos dias* in situ monasterii veteris prope *Vide* vicum, a *Caria* oppido leugam dimidiam, sex et dimidiam a *Trancoso*, ad aediculam S. Ioh. Baptistae *Purif.*

. . . . . *sere*
ANDA XPI FAM
VLA · VIX · ANNOS
XLII QVIEVIT IN
5 PACE · *d* · IX · KAL · IVL
IAS ERA DCXXIIII aera 624
A ☥ ω p. C. 586

Britto *monarchia Lusitana* ed. I 2 [1609] f. 209 (inde Fr. Thomas ab Incarnatione historia ecclesiae Lusitanae 2 p. 116; Velazquez ms. Matrit. vol. 13); Fr. Antonius da Purificação *chronica dos eremitas de S. Agostinho* 1 [1642] f. 208 v. (inde Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 40) vv. non divisis.

1 Britto supplevit. 5 PACE DEI exempla ambo, scilicet ex mala interpretatione D litterae, ut n. 9.

---

15 In *Montelavar* loco agri Olisiponensis prope ecclesiam in muro aliquo vetere, quem a Mauris factum putant. Videtur esse pars epistylii.

† IN NE DNI P

Descripsi. *In n(omin)e d(omi)ni p . . . . .*

---

16 '*Em Frianoaes* (sic)' vico agri Olisiponensis.

EVGEN ·
AB · BIVIT ·
XP · SEST

Ex Anonymo Neapolitano (saec. XVI) f. 36 v. 37 edidi C. I. L. 2. 5015 adnotans fortasse fragmentum esse tituli christiani.

Digitized by Google

17 Reperta et servata in praedio liberi baronis *d' Alemquer*, dimidiam ab Olisipone leugnam.

FLAVIANA
FAMVL DEI
REQVIT IN
PACE D III o
5 KAL · MAI ·
ERA DLXX — aera 570
p. C. 532

Augustus Soromenho misit m. Febr. a. 1868 a se descriptam.

---

18 Basis rotunda rep. a. 1603 et servata olim in monasterio *de Chellas* agri Olisiponensis, inserta muro ad portam prope aediculam *do nascimento*; fracta deinde est in partes duas, quarum superior servabatur in curte monasterii (*Sousa*). Num adhuc extet nescio.

A ☧ ω
DEPOSITIO
BONE MEMORI
MARTYRE D . . .
5 FELICIS X id. ....
ERA DCCIIII — aera 704
p. C. 666

Depositio bone memori[e] martire d[(omi)ni]? Felicis [X id(us) .....] era DCCIIII.

Antonius Coelho Gasco *antiguidades de Lisboa* [1630] ms. p. 73; Rod. da Cunha *historia ecclesiasista da igreja de Lisboa* 3 [1642] p. 167 (inde Tamayo martyrol. 6 p. 463); Ludov. Marinho de Azevedo *fundação antiguidades e grandezas de Lisboa* 3 [1652] p. 167 et 205, ubi pars superior sola (vv. 1—3) exhibentur; Ioh. Bapt. Henriques *chorographia Lusitana* [1691] ms. f. 224; Anton. Caict. de Sousa *agiologio Lusitano* 4 [1744] p. 395.

1 CO da Cunha, Henr., om. Sousa. 4 MARTIRES VERI DEI Gasco ex interpolatione, MARTYR · D da Cunha, MART. VRID . . . Azev., MARTYRE . D Henr., MARTRE D Sousa. 5. 6 FELICIS IDVS DECE . . . . . Gasco, FELICIS DECEMBRIS IDIBVS ERA DCC . IIII da Cunha, FELICIS DECEM | IDIBVS ERA | DCC . II Azev., Henr. (qui numerum exhibet ut reliqui DCCIII), Sousa. Lectio incerta est; quae posui, ex coniectura tantum profecta sunt.

---

19 In vico dicto *o Mosteiro* a coenobio equitum Maltensium, quod ibi erat olim, *concelho de Oleiros, districto de Castello branco*, ab hoc oppido versus septentriones et occidentem, ad meridiem et orientem a montibus *serra de Estrella*.

NE
III KADS MARTIAS RE
QVIEVIT FAMVL DEI
AIIIII /VI IPACE ERA
DCLIIII — aera 654
p. C. 616

Ex scheda scripta ab *o sr. Monteiro das Costas*, quam repperi Olisipone in numotheca bibliothecae publicae.

20 In aedicula S. Mariae *dos Ajores* (in capella maiore a parte evangelii *Vit.*), a *Celorico* leugam unam (*freguezia de Aldea Rica*), non procul a *Francoso* et *Linhares* (*Mir.*). Nescio num adhuc extet.

† REQVIEVIT FAMVLA
XPI IN PACE SVINTHI
LIVBA SVB *die* ... KAL
NOVEMBRES ERA
5 DCCIIII — aera 704
p. C. 666

Fr. Antonius da Purificação *chronica dos eremitas de S. Agostinho* 1 [1642] f. 323 v. vv. aliter divisis (inde Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 40); Petrus de Aragão Miranda *historia eclesiastica do bispado da Guarda* [c. a. 1720] ms. f. 5; Cardoso *dicc. geogr.* 1 [1747] p. 45; Viterbo *elucidario* 1 p. 50 (item ex schedis eius a Berardo Visaeensi descriptis misit Gurlitt).

Sequor in universum Mirandae exemplum optimum.

2. 3 SVINTA | LIVBA Mir., SVI INTIVBVLA Pur. 3. 4 SVB MENSE DECEMBR Pur., SVB MENSE NOVEMBRIS Card., SVB MENCE NOVEMBRES Vit., SVB IIIIII KAL | NOVEMBRES Mir. 5 DCCXIV Pur. solus.

In castello dicto *Caliabria* (quod Caelobrigam antiquam fuisse suspicati sunt antiquarii Portugallenses (cf. C. I. L. 2 p. 48) prope Aldeam Novam, ad confluentes Durii et *Aguiar* fluviorum, a *Villa Nova de Fiz-Côa* leugas duas orientem versus unumque versus septentrones ab *Almendre*, etiam christianae antiquitatis reliquias repertas esse auctores sunt Viterbo *elucidario* s. v. Caliabria et Francisc. Anton. Veiga *o castello de Caliabria* Conimbrigae 1856 8.

---

21 In aedicula S. Mariae *de Seixas*, prope locum *Arcas* dictum (ubi monasterium vetus Arcense fuisse creditur), a *Lamego* oppido orientem versus in territorio monasterii S. Iohannis, quod Tarouca est; tabula marmorea ad puteum tegendum adhibita (*Britto* q. v. a. 1598, *Fr. Ludov.*). Nescio num adhuc extet.

A † ω
FLORENTIA VIRGO
XPI · VIX · ANN · XXI · ET VI
TA · BREVI · EXPLEVIT · TE
5 MPORA · MVLTA · OBDORMI
VIT · IN PACE IESV · QVEM DILE
XIT · KAL · APRIL · ERA · DCXXVI — aera 626
p. C. 588

Britto *monarchia Lusitana* ed. I 2 [1609] f. 207 (inde Cardoso *agiologio* 1 p. 474; Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Masdeu 9, 284, 2); Fr. Ludovicus dos Anjos *jardim do Portugal* [1626] p. 109 (inde Fr. Antonius da Purificação 1 f. 206 v.) vv. aliter, vel potius non divisis.

3 CHRISTI (pro XPI) Fr. Ludov. 7 APRILIS Fr. Ludov.

Puncta dedi ad exemplum Fr. Ludovici, qui ubique duplicia posuit (:). V. 3—5 *et vita brevi explevit tempora multa* ex carmine videntur desumpta esse.

Digitized by Google

22 *Montijo*, quattuor ab Emerita longis, in ecclesia S. Isidori, tituli duo, in pariete portae orientalis alter, alter in altari, quod a parte dextra altaris maximi est.

a A ✝ ω
FLORENT
IVS FAMVLVS
† DEI VIXIT ANNOS SEP †
5 TVAZINTA ET CIN
QV REQIEBIT IN PAC
E ERA SISCCENS
QVATTVS
†

b A ✝ ω
FLORENTIA FA
MVLA DEI VIXITA
† NOS XXXI REQVEBIT †
IN PACE ERA S 5
ISCENS QATTVS
†

aera 604
p. C. 566

Moreno de Vargas *historia de Merida* [1633] f. 291 v. (inde Fr. Antonius da Purificação *chronica dos eremitas de S. Agostinho* I [1642] f. 177; Anonymi *antiguidades d' Elvas* ms. f. 162).

Moreni exemplum videtur adhibitum esse etiam ab Anonymo (cf. C. I. L. 2 p. 20), quanquam hic nonnulla exhibet fortasse rectius, *a* 6 REQVIEBIT, 8 QVARTVS et *b* 4 REQVIEBIT, 6 QVARTVS.

23 Emeritae in aedibus comitis (nunc ducis) de la Roca, infra fenestram quae spectat ad coenobium S. Clarae, quod fuit, a sinistra portae, litteris grandibus.

A ✱ ω

Descripsi. Bayér *viaje* ms. f. 280. Videtur pars epistylii ad aedificium aliquod sacrum spectans.

23*a* Augustae Emeritae.

Incipiunt versi in ponte Em(e)r(i)t(e)ns(i i)n(s)c(r)i(p)t(i) .....

SOLVERAT ANTIQVAS MOLES RVINOSA VETVSTAS
LAPSVM ET SENIO RVPTVM PENDEBAT OPVS
PERDIDERAT VSVM SVSPENSA VIA PER AMNEM
ET LIBERVM PONTIS CASVS NEGABAT ITER
5 NVNC TEMPORE POTENTIS GETARVM ERVIGII REGIS
QVOD DEDITAS SIBI PRAECEPIT EXCOLI TERRAS
STVDVIT MAGNANIMVS FACTIS EXTENDERE NOMEN
VETERVM ET TITVLIS ADDIT SALLA SVVM
NAM POSTQVAM EXIMIIS NOBABIT MOENIBVS VRBEM
10 HOC MAGIS MIRACVLVM PATRARE NON DESTITIT
CONSTRVXIT ARCOS PENITVS FVNDABIT IN VNDIS
ET MIRVM AVCTORIS IMITANS VICIT OPVS
NECNON ET PATRIE TANTVM CREARE MVNIMEN
SVMI SACERDOTIS ZENONIS SVASIT AMOR
15 VRBS AVGVSTA FELIX MANSVRA PER SAECVLA LONGA
NOBATA STVDIO DVCIS ET PONTIFICIS ERA DCCI

aera 701?
p. C. 663

Carmen extat in codice Toletano (a. 1870 Matriti in bibliotheca publica deposito) Dracontii aliorumque poetarum Hispanorum, quem notum est fuisse Michaelis *Ruiz de Azágra*, f. 52 v. Inde Mariana ed. a. 1592 p. 279 memorat tantum ex cod. Azagrae; Moreno de Vargas *historia de Merida* f. 23 ex schedis Hieron. Romani de la Higuera S. I.; Velazquez ms. 25 ex codice itemque ex eodem Florez *Esp. sagr.* 13, 223.

Codicis folium mensu in usum nitidissime depinxit Emanuel de Goicoechea amicus. Lectionem codicis sequor, cuius scripturae compendia non indico omnia.

Inscriptio (cuius vocabula *incipiunt* et *in ponte* rubrica scripta sunt) extrema in codice haec est: EM EEESINSKP EQNIOSCIT I

Initiales vv. singulorum rubrae sunt. 2 ET IN SENIO Florez. 3 HVSVM cod. 6 EDITAS cod., *deditas* correxerunt dudum. 7 in fine ꝑMꝑ cod. 8 ADDIDIT Florez. 9 POSTAQVAM (sic) cod. 10 DISTITIT Florez. 13 CRARE cod. 15 ꝑSCLA 16 NOBATE cod.

Aera in fine indicatur ita ERA ƨ(XEI.

Cum Ervigii regnum cadere existimetur inter annos 680 et 687, certum est elementa duo priora post *d* posita nec XX esse posse nec CX (quanquam scriptorem illa voluisse indicare paene certum est); unde probabiliter putantur indicare CC. Quae sequuntur tertio et quarto loco elementa a litterarum forma in codice usurpata omnino differunt potestque ultimum nihil esse nisi punctum ornatum. Poterit autem tam de DCCI cogitari, ut factum est adhuc, quam de DCCIV (704 = p. C. 666) vel DCCLIV (754 = p. C. 716).

Digitized by Google

24 Emeritae in domo Ferdinandi de Vera fragmentum *Mam.*

cHINDASVINTVS REX PI....
...S ✠ IN ENPERIO ✠
cHINDASVINTVS .... p. C. 641—652

Mameranus a Lucemburgo in schedis [c. a. 1535] f. 9; Siruela ms. [c. n. 1640] f. 404 (inde Trigueros ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 74); Antonius Augustinus *dialogos des las medallas* [1587] p. 335 citat tantum ex Ioh. Bapt. Perez *catalogo de los reyes Godos* manuscripto, ut videtur (inde novit etiam Florez *Esp. sagr.* 2 p. 208).

1 P.ASVINVS REX PRO Mam. Supple *p[iissimu]s.* 2 SINENPERIO Mam.

---

25 Galistei in Lusitania inter alia quaedam epitaphia Emerita illuc translata.

AETERNALIS FA
MVLVS DEI VIXIT
AN · XLVI · REQ · IN
PAC · VIII · KL · SE
5 PTEM ERA DNI
DXLVIII aera 548
p. C. 510

Doni in sched. Barb. XXXIV 73 f. 328 (inde Mur. 1821, 9 'ex Donianis' male; ex Mur. Masdeu 9, 356, 12) nescio unde; putabam ex Valenzuela, sed sciscitanti amici rescripserunt non inesse in eius codice.

---

26 Emeritae rep. a. 1829 prope murum oppidi exteriorem versus septentriones, ad ostium aquae ductus. Servabatur apud Emanuelem Feram, *capitan de granaderos provinciales*; videtur periisse.

ARESTVLA FAMV
LA DEI VIXIT ANN
OS XXVII REQVIE
VIT IN PACE DIE VII KA
5 LENDAS AGVSTAS ERA
DLXVII aera 567
p. C. 529

Gregorius Fernandez Perez misit a. 1831 academiae Matritensi ms. *Est.* 18, 57 eodemque exemplo profert Ioh. Fernandez inscriptiones Emeritenses ms. n. 107.

6 Numerus ita traditur DLXVII, quod est ortum sine dubio ex X litterae forma huic aevo propria x, de qua dixi in praefatione.

---

27 Emeritae servabatur in pariete viridarii, quod est in nosocomio *de Jesus*, sed videtur periisse. Intra sertum.

✠
AVRILIVS FAMV
DEI VIXIT ANNIIII
XXXIIII REQVIEVIIIII
5 IN PACE DIE X KIIIII
IVLIAS ERA IIIIIII
DEFVNCIIIII

Bayér *viaje* ms. f. 282 v.; Ponz *viaje* 8 p. 141; Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 32; Ioh. Fernandez inscriptiones Emeritenses ms. n. 103.

1 om. reliqui praeter Bayérum, qui signum christianum ita exhibet ☧. 2 AVRELIVS Ponz. 7 DEPVND IIII Bayér, om. Fern.

---

28 Emeritae in claustro S. Francisci *Valenz.* Ibi, in muro ex adverso *'del de profundis' Bayér, Corn.* Videtur periisse. Intra sertum (vv. 2—7).

✠
BASSILLA
FAMVLA DEI
VIXIT ANNOS XXIII
5 REQVIEVIT IN
PACE XI KAS MA
IAS
ERA DCIIIII aera 605
p. C. 567

Valenzuela [1626] ms. f. 17; Moreno de Vargas *historia de Merida* [1633] f. 138; Fr. Antonius da Purificação *chronica dos eremitas de S. Agostinho* 1 [1642] f. 177 vv. non divisis; Bayér *viaje* ms. f. 285 quem sequor; Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 32; Ioh. Fernandez inscriptiones Emeritenses ms. n. 101.

1 om. omnes praeter Fr. Anton. da Purif. 2 BASSILIA Val., L·ASILLA Corn. 8 om. Val., AERA DC·IIII Fern.

---

29 Emeritae, in pariete viridarii nosocomii olim *de Jesus*, hodie carceris.



Iohannes peni|tens famulus dei | vixit annos XXXII | plus minus, requievit | in pace sub die X kal(en)d(a)s | Agustas era DCLXV. Pax | quicumque huius sepul[crum non violaverit ..] aera 665 p. C. 627

Descripsi et ectypum sumpsi. Ponz *viaje* 8 p. 142; Bayér *viaje* ms. f. 282 v.; Cornide *viaje* ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 32; Ioh. Fernandez inscriptiones Emeritenses ms. n. 104.

Digitized by Google

30 Inter Emeritenses.

Maria famula dei vixit anno[s .....]

Velazquez ms. Matrit. vol. 13 et 25 (n. 32) q. v. ligno incisam exhibet ita ut dedi.

---

31 Emeritae in aedibus Iosephi Moreno, comitis de Fuenteblanca, extat calce tecta. Supra titulum antiquum eidem marmori insculptus est novicius hic '*esta piedra se hallo año de 1718 por Don Francisco Antonio de Atienza*', infra vero hic '*redificose año de 1738*'.



D(omi)ne Ihe(s)u Chr(ist)e, famule tuae | Quinigiae in hoc | loco quiescentis | omnia peccata | dimitte.| Vixit annos XXX.| Requiescit in pace | sub die VI idus | Martias era DCC
aera 700 p. C. 662

Descripsi, ectypum vero sumere non potui propter calcem impositam. Velazquez ms. Matrit. vol. 13 ligno incisam dat, unde repetivi.

32 Emeritae rep. a. 1829 in curte domus alicuius privatae. Servabatur tum apud gubernatorem, postea videtur periisse.



aera 632
p. C. 594

Gregorius Fernandez Perez misit a. 1831 academiae Matrit. ms. *Est.* 18, 57; Ioh. Fernandez inscriptiones Emeritenses ms. n. 105. Exempla duo consentiunt.

---

33 Emeritae rep. a. 1650 in marmoreo lapide super arcam latericiam iacente (*Tam.*), servabatur deinde in aedibus Ioh. Perez Bozago advocati, *calle de Mirabeles* (*Bayér. Viu*); denique illatam esse in Francisci Bozago sepulcretum amici mihi dixerunt; ubi videre non potui.



Saturninus penitens | famulus dei qui in hoc | seculo mundam tran|segit vitam; vixit ann(os) | plus minus LXVIII, accep|ta poenitentia requi|evit in pace sub d(ie) XVII | kal(endas) Ianuarias era DCXVI
aera 616
p. C. 578

Tamayo *martyrol.* 2 p. 434 (extat praeterea de hoc titulo commentarius impressus Garciae de Salcedo Coronel *inscripcion del sepulchro de Saturnino penitente que se hallò*

Digitized by Google

en Merida, Matriti 1650 4., qui erat in bibliotheca Meermanniana, cf. Westendorp et Reuvens *Antiquiteiten* II 2 [1823] p. 275, quemque nuper possedit Vincentius Barrantes [*catálogo de los libros* cet. *que tratan de Extremadura*, Matriti 1865 fol., p. 303, 5], ego vero frustra ubique quaesivi); Velazquez ms. Matrit. vol. 13 et 25 ligno incisam (ad cuius exemplum repetivi); Ponz *viaje* 8 p. 148; Bayér *viaje* ms. f. 285 v.; Ios. de Viu *antiguedades de Estremadura* [1846] 1 p. 68.

34 Emeritae in aedibus Ioh. Fernandez. Litteratura videtur esse saeculi fere octavi exeuntis.



Ih (Jehovah?) sit nomen [benedictum quod?
virif(i)cat et mor[tem .....
pausat in sepule[ro ..... *Simeon fi]*
lius de Rebbi Se .....
5 *suporans in sor[te* .....
tus inligatorium .....
cisa periti . porta[m paradisi? .....
ingrede cum pace m .....
LXIII repletus sa[pientia? .....
10 *preducens artem i* .....
Ego Simeon filius de Rebbi Sa .....
.... *missam pax* ....

Descripsi et ectypum sumpsi; Ioh. Fernandez inscriptiones Emeritenses ms. n. 105. Ultimi versus apices satis certos ectypum meum non repraesentavit, unde omittendi erant supra in imagine; Fern. eodem modo eos legit atque ego.

34a Emeritae in ecclesia S. Eulaliae in sepulcro Didaci Hernandez Peñasco, patris Francisci Mathaei Peñasco, qui erat *recetor del santo oficio de la inquisicion de Llerena.*

LVX MIHI SIRICIA DIVINA RAPTA FLAGELLO,
TE MATREMQ̃ TVAM TEMPVS ENORME TVLIT
NECDVM TER BINOS CRESCENS ATTIGERAS ANNOS
LIQVISTI MŒSTO VVLNERA DIRA PATRI
5 FLETIBVS ECCE TVIS RENOVASTI FVNVS OPERTVM
QVOD MATRIS TVMVLO IVNGERIS IPSA CITO
AERA DLXXXVII aera 587
p. C. 549

Moreno de Vargas *historia de Merida* [1633] f. 137 (inde Florez *Esp. sagr.* 13, 170) litteris minusculis. Quanquam auctor incertae fidei est, utpote ex Higuerae schedis totus pendens, tamen cur titulus hic damnetur non video. V. 1 corrige *divino*.

35 Emeritae in ecclesia coenobii S. Francisci supra portam refectorii (*Moreno*, *Bayér*). Ibi frustra quaesivi, periit in ruina ecclesiae.

Valeria | famula dei vix|it annos IIII men|ses VIIII reqei|vi(t) in pa|ce die X k(a)l(endas) Februarias era DL sexsis aera 556 p. C. 518?

Moreno de Vargas *historia de Merida* [1633] f. 136 (inde Mur. 1953, 3 'ex Francisco de la Huerta', errore, nam Huertae liber de Gallaecia est [1733], non de Emerita; e Mur. Masdeu 9, 353, 5); Fr. Antonius da Purificação *chronica das eremitas de S. Agostinho* 1 [1642] f. 141 v. vv. non divisis; Nasarre *polygraphia* f. 16 v. 20 (inde Florez *Esp. sagr.* 13, 168; Paluzie *paleografia* p. 206); Velazquez ms. Matrit. vol. 13 et 25 ligno incisam (cuius exemplum repetivi); Ponz *viaje* 8 p. 135; Bayér *viaje* ms. f. 284; Corniide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 32; Viu *antiguedades de Extremadura* [1846] 1 p. 69.

5 REQEIVIT in lapide esse, errore puto lapicidae, testantur Nasarre et Velazquez. 7 Qualis aerae numerus indicetur incertum; poterit etiam cogitari de D et quinquagies sexies, sed probabilius puto quod supra cum Florezio posui; nam cum aera 800, i. e. anno p. C. 762, tituli litteratura non convenit.

Digitized by Google

36 Emeritae in pariete viridarii, quod est in nosocomio *de Jesus*, hodie carcere.



Descripsi et ectypum sumpsi. Bayér *viaje* ms. f. 282; Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 32.

1 SCLO...., 2 S VVC·NNE, 3 //CEPTVS IN, 4 VIANVA P///, 5 NT.NC////. Bayér.

---

37 Emeritae in viridario nosocomii. Periit.

ms GVSTAS
XVIIII — aera 619? p. C. 581

Bayér *viaje* ms. f. 283.

---

38 Emeritae in viridario nosocomii (nunc carceris) fragmentum. Periit.

Bayér *viaje* ms. f. 283; Cornide ms. acad. Matrit. 18, 32.

2 ΧΧΝΙ Bayér, qui in margine addit significari his litteris *in mense* vocabula; quod non perspicio.

---

39 Emeritae, pavimentum tessellatum repertum in horto quodam prope pilam S. Lazari, servatum in aedibus Ioh. Crespi. Insertae ei sunt tabellae operis tessellati duae, his litteris inscriptae.

a	*b*
ERYTHRI	ZESAES
ZESAES	METATES
	CYRIASSV

Ἐρυθρὶ	Ζέσης μετὰ
ζέσης	τῆς κυρίας τοῦ

Descripsi; videntur ineditae esse.

40 Emeritae a. 1752 rep. est columna marmorea alta *dos pies e tres quartas*, diametri *de una quarta*; vicecomes *de Sierrabrava*, marchio *de Peñafuente*, qui possidebat. Matritum asportavit a. 1755 (*Flor.*). Postea servabatur apud academiam Matritensem (*'existe en poder de la Real Academia de la historia' Pastor*); sed videtur periisse, nam frustra ubique quaesivi eum Antonio Delgado, Emanuele de Goicoechea aliisque amicis.

ΙΗΝΕΡ ΕΥ
ΧΗΣ ΚΑΙ ΣΩΣ
ΙΑΤΟΣ ΚΥΝΚΥ
ΓΕΙΝΗΣΕΩΣ ΚΑΙ
5 ΠΑΝΤΩΝΤΩΝ ΣΥ
ΠΟΛΙΤΩΝ

Ἡπὶρ εὐχῆς σύστασιν συν-
κυβερνήσεως καὶ πάντων τῶν
συμπολιτῶν

Ios. Alsinet in schedis Panelio missis f. 2 (inde Pastor *cédulas lithologicas de la Real Academia de la historia* vol. 15); Velazquez ms. Matrit. vol. 25 et 33 q. v.; Florez *Esp. sagr.* 13 p. 227 qui Emerita acceperat a. 1754 itemque novit ex schedis Alsineti atque recte in universum legit.

1 ΥΠΕΡΕΥ Als., ΙΥΠΕΡΕΥ Vel. 4 ΓΕΙΗΝΕΣΕΩΣΥΣ Als., ΛΕΙΗΝΕΣΕΩΣ reliquis omissis Vel.

σύστασιν ex Theodoro Studita Dindorfium in thesauro exhibere monuit Hauptius.

---

41 Emeritae in pariete viridarii, quod est in nosocomio *de Jesus* (*Bayér, Corn.*). Intra sertum. Periit.

Bayér:	*Corn.:*
†EN	† EN
ΛΑΚΤ	//ΛΚΤ
ΓΗCΑΒ	ΤΗ·C·Λ/B
ΤΙΑΚΟΝ	dIAKON
5 //ΙCΙΝΑΕ	SICINAE 5
ΜΗΤ/ ////	ΙdΓ

Bayér *viaje* ms. f. 283; Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 32.

---

42 Metellini in aedibus Catharinae de Monroy, postea licentiati Thomae Antonii de Ocampo (*Tam., Sol.*)

† VICENtius
FAMVLus dEI
VIXIT ANNOS LXIIII
REQVIEVIT IN PA
5 CE ms DIE·IIIX·KAL
DECEMBR·ERA dni DXX — aera 520
A ☧ ω — p. C. 482

Tamayo de Salazar *San Epitacio apostol martir de Ambracia* [1646] p. 93 et *martyrol.* 2 p. 764 (inde Cardoso *agiologio* 2 p. 437; Laborde *voyage* 1 p. 125 tab. 189, 6); Solano de Figueroa *historia y santos de Medellin* [1650] p. 59 quem in universum sequor, etiam in vv. disponendis.

Signa christiana Tamayo ita distribuit, ut in capite tituli ponat † ☧, in fine A ω. 1 VIC..... Tam. 2 FAMV... DEI Tam. 4. 5 IN PACE ME DIE Tam., IN PACE DIE Sol., IN ME latere puto SVB. 6 ERA DE DXX Tam., ERA DXX Sol. *Era d(omi)ni* habuimus supra n. 25.

Digitized by Google

43 In aedicula S. Mariae *la antigua* dicta, leugam dimidiam versus occidentem ab *la Haba* vico, a Metellino duas.

☧

piscis

SATVRIVS FAMVLVS DEI
VIXIT ANN · LXXI · M · I · D · VI
ACCEPTA POENITENTIA
5 REQVIEVIT · IN · PACE · VIII
KALEND · FEBRVAR
ERA · DCXXIII — aera 623
p. C. 585

Velazquez ms. Matrit. vol. 13 et 25 ex schedis Iohannis Tamayo de Salazar acceptis Zalameae a Sanctio Calderon priore eius oppidi. Quanquam Iohannis Tamayo fides maxime suspecta est, tamen non video cur titulus hic damnandus sit, praesertim cum loci indicatio accurata et auctoris nomen non desint.

---

44 Eburae (sic *Mar.*, Eborae *Grut.*) i. e. in *Talavera de la Reina* rep. a. 1512 in olireto iuxta monasterium Trinitatis, tabella ex lapide fissili servata inde ab a. 1513 iussu cardinalis Francisci Cisneros de Jimenez (ut titulus Hispanus infra positus indicat) in aedicula S. Mariae *del Prado* prope Talaveram, iuxta ingressum a manu sinistra in pariete interiore.



Litorius fa|mulus dei vi|xit annos plus | minus LXXV re|quieit in pace die | VIIII kal(enda)s Iulias aera DXXXXVIII

aera 548
p. C. 510

Mariana ed. a. 1599 p. 207 (inde Grut. 1054, 4); Morales *coron.* 2 f. 47 v. (inde Loaisa collectio conciliorum p. 448); Higuera *historia de Toledo* ms. 2 c. IX 20; Alphonsus *de Ajofrin historia de Talavera* [1651] ms. f. 110; Mur. 1904, 1 'e schedis P. Cattanei' (inisitque etiam Mayans ms. Mur. Mutin. 21, 231); Terreros *paleografia Española* [1758] p. 126 tab. 17, 1 (inde Paluzie *paleografia* p. 262, 1); Ponz *viaje* 7 p. 30 (*novelle Fiorentine* 1767 p. 798; Masdeu 9, 351, 2); Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Palomares *polygraphia* ms. tab. 9, 1 (ad cuius exemplum accurate depictum exhibeo); Raph. Monje *semanario pintoresco* 4, 1847 p. 156; habui etiam delineatam a Ludovico Jimenez de la Llave per Antonium Delgado.

4. 5 REQVIVIT in lapide esse testantur Terreros, Palomares, Llave, testes oculati omnes et accurati; reliqui REQVIEVIT exhibent.

Litorii nominis rari exemplum fortasse antiquissimum praebet titulus Britannicus anni p. C. 232 apud Henzenum n. 5847 (*Litorius Pacatianus*); praeterea notus est eius nominis dux Romanus cum Actio saeculo quinto clarus (cf. Dahn *Könige der Germanen* V p. 74).

Digitized by Google

PARS SECVNDA.

B A E T I C A.

Digitized by Google

I. CONVENTVS HISPALENSIS.

45 *Hinojales* oppidum montium Arruccitanorum, prope *Cumbres altas* et Aracenam, in aedicula S. Mariae *de la tortola* (ita dicta propter columbas titulo huic insculptas) prope altare maximum.

columba ✠ columba
BASILIA FAMVLA
CHRISTI VIXIT AN
NOS PLVS MINVS
5 XXXV · RECESSIT IN
PACE DIAE PRIDIAE
NONAS OCTOB ∘
AERA DLXVIII — aera 568 p. C. 530

Caro *inscr.* ms. f. 8 (quod exemplum sequor), *Sevilla* f. 209 v. (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Masdeu 9, 355, 9) ab amicis acceptam.

7 OCTOBRIS ex. ms., OCTOB ex. impr. Praeterea v. 3 CHRISTI non puto in lapide fuisse, sed XPI.

De antiquitate ne dubites, nam scripturam vitiosam v. 6 Caro nunquam fluxisset.

---

46 In *Caçalla de la Sierra.*

LICINIA · DVLCES ANIm∘
XPi · FAMVLA · VIXIT · An
NOS · XI · ET · MENSES · SE∘
RECEPTA · IN · PACE · DIE
5 IIII · IDVS · IANVARIAS · ERA — aera 523
D · XXIII — p. C. 485

Caro *Sevilla* f. 197 v. (inde Masdeu 9, 349, 1) cuius sola fide stat. Tamen non videtur ficta esse.

---

47 In *Caçalla de la Sierra.*

SERVANDVS · XP∘ . . FAMVLVS
VIXIT · ANNOS · IIII · MENSES
SEPTEM · RECEPTVS · IN PACE
D · SEPTIMO KAL · IVNIAS
ERA · D · XXVII — aera 527 p. C. 489

Caro *Sevilla* f. 197 v. (inde Masdeu 9, 349, 2) cuius sola fide stat. Cf. n. 46.

---

48 Prope *Frejenál* (Nertobriga, cf. C. I. L. 2 p. 125) rep. a. 1600 *en la hermita de S. Antonio, detras del pilar, enfrente del altar de S. Lucia*, servata deinde in aedibus Iohannis de Arcos *Ruiz*. In *Valera la vieja* prope *Frejenal Caro* posuit errore.

EXVPERANTIVS
FAMVLVS DEI
VIXIT ANNOS PLVS
MINVS LXXVIII
5 REQVIEVIT IN PACE
SVB D VI KAL
IVNIAS ERA DCXVI — aera 616 p. C. 578

Ioh. Solano de Figueroa Altamirano *historia eclesiastica de Badajoz* ms. (a. 1664) cap. 4 § 3 ex schedis P. Antonii Ruiz (*rector del colegio de la compañia de Jesus en Frejenal*), qui descripsit et misit Hieronymo de la Higuera d. 10 m. Dec. a. 1605, qui inde Dextro suo inseruit; Caro *Sevilla* f. 195, ad Dextrum f. 198 (inde Tamayo martyrol. 3 p. 362; Masdeu 9, 361, 19). Vv. divisio non traditur.

---

49 *Frejenal*, ad portam ecclesiae S. Michaelis, in rupe (*en una peña*), titulus temporis Gothorum (*Mor.*).

IN NOMINE DOMINI HIC TVMVLVS HO
NORII ABBAT
RESPICIS ANGVSTVM PRECISA RVPE SEPVL
CRVM HOSPITIVM BEATISSIMI HONORII ABBA
5 TIS CELESTIA REGNA TENENTIS IN SECVLA *sic*
SAECVLORVM AMEN

Morales *antiguedades* [1575] f. 100 (inde puto Caro *Sevilla* f. 195;. Solano *historia eclesiastica de Badajoz* ms. [1664] cap. 4 § 3; e Caro Tamayo martyrol. 3 p. 362).

Non video cur de antiquitate dubitetur, quanquam tempus incertum est. Epigramma, ut fieri solebat, factum est ad tale fere exemplum:

Respicis angustum praecisa rupe sepulcrum:
Hospitium Pauli caelestia regna tenentis.

In versu priore *angustum* et *sepulcrum* vocabula consulto fortasse simili sono terminantur.

Digitized by Google

50 *Jerez de los Cavalleros* in ecclesia S. Mariae *Val.* *'En un poste de la iglesia' Sol.*

IX · KL IANVARII ERA D — aera 590
LXXXX DEDICATA — p. C. 552
EST HAEC ECCLESIA
SCE MARIE

Valenzuela [1626] ms. f. 11; Solano *historia eclesiastica de Badajoz* [1664] ms. f. 16 v. vv. paullo aliter divisis.

1. 2 AERA D-LXXXIIII Sol. 3 HEC ECLESIA Sol. 4 SANTAE MARIAE Val.

Non video cur genuina esse non possit; certe non adsunt aperta fraudis indicia. Tamen v. 1 IANVARII puto ortum esse ex IANVAR male soluto; debebat enim esse *Ianuarias*.

---

51 Prope *Jerez de los Cavalleros*, in deserto (*dehesa*) *de la Alcoraza*, in loco quodam dicto *Monasterio*.

MACONA DE
VOTA FAMVLA
DEI VIXIT AN
NOS LII REQVIE
5 VIT IN PACE
SVB DIE XIII KA
L MARTIAS
ERA DLX — aera 560
p. C. 522

Ioachim Petrus Rocha (*administrador de la dehesa*) in epistula scripta d. 24 m. Iun. a. 1774 ad Antonium Cortes ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 57.

---

52 *Valencia del Ventoso* (a *Fuente de Cantos* leugis sex, cf. Madoz 15, 454), in dioecesi Pacis Augustae, nunc *Badajoz*.

GRANNIOLA FAMVLA
DI QVE VIXIT CVM
MARITO ANNOS XX ET
REQVIESCIT IN PACE
5 ERA DLIII — aera 553
p. C. 515

Muratori 1880, 5 'e schedis P. Cattanei' (inde Masdeu 9, 352, 3); Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 40 vv. aliter divisis, sed exemplo meliore, nescio unde accepto.

2 DEI QVAE, 4 REQVIEVIT, 5 AERA Mur.

---

53 *Valencia del Ventoso.*

†
IVLIANA FAMVLA DI
QVE VIXIT ANN
XX ET CVM MARITO
5 ANNO VNO ET REQVI
ESCIT IN PACE ERA — aera 552
DLIII — p. C. 515

Muratori 1892, 7 'e schedis P. Cattanei' (inde Masdeu 9, 352, 4); Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 40 vv. aliter divisis, nescio unde.

2 DEI Mur. 3 QVÆ Corn. ANNOS Mur. 5. 6 REQVIEVIT Mur.

---

54 Prope Olivam oppidum comitis de Feria in aedicula S. Blasii, leugam unam ab oppido distante, in columna marmorea tereti *Doc.* Olivae (*Xerez de los Cavalleros*) *Aug.* Similiter *Solano*, qui aediculam S. Blasii *de las yerras* sive *cierras* nominat, sitam *en la dehesa de su nombre*.

† TEODEMIRVS
FAMVLVS DI VIXIT
Hec s(an)c(t)a tria tabernacula in gloriam trinitatis ..... | cohoperantib(us) s(an)c(t)is aedificata sunt ab inl(ustri) p. C. 594
Gudiliu[ca? ...] cum operarios vernolos et sumptu proprio

Descripsi et ectypum sumpsi, unde edidi in actis acad. Berol. a. 1861 p. 25. Mendoza *concilio Iliberritano* [1594] cap. 43 ad can. 59; Pedraza *historia eclesiastica de Granada* [1638] f. 75 (inde Suarez *obispado de Guadix* [1696] f. 122; Florez *Esp. sagr.* 7, 34; Luque *Granada historica* [1849] p. 59); Montfaucon in schedis Parisiinis *résidu St. Germain* n. 1293 f. 145 descriptam ab Hispano ignoto (fortasse ex schedis Nic. Antonii); Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Bayér *viaje* ms. f. 125 et inde in ed. sua bibl. veteris Nic. Antonii 1 f. 369.

Apparet vv. trium priorum initia descripta esse a testibus antiquioribus, unde litteras hodie deperditas supplevi.

2 Y signum in fine interpunctionem videtur indicare. 4 Spatia vacua relicta sunt ad diei annique numeros suo quemque tempore supplendos. 5 ECLESIĀ est in lapide, errore quadratarii puto. 6 Quae in tabula sunt in lapide adhuc clare discernuntur, quanquam deleta a manu recentiore (impostoris puto alicuius cum sacri montis negotiis coniuncti), qui inde efficere studuit SCI IOHANI MARTYRIS · TE; ut Pedraza habet. 9 *III* KAL in lapide est. 10 In elementis dimidiatis, quae in fine versus sunt, quid lateat non perspicio. 11 Post nomen *Gudiliu...* excidit fortasse dignitatis indicatio. ..HOPERANTE et 12 ..VM Pedraza; scilicet initia versuum tum erant calce tecta.

Digitized by Google

116 Repertae in coemeterio christiano prope Asquerosam in *el Soto de Roma*, leugam dimidiam a *Pinos de la Puente* (Ilurco), ubi servantur ante portam domus Iosephi Santalla. Ibidem vidi tabulam operis rudis, in qua facies humana insculpta est, litterae vero nullae.



a † *In nomine d(omi)ni*
[? Posi]dius in Ch(rist)i
nomine pr(es)b(i)t(e)r
recessit in pa-
ce die duodecimo
[kal(endas)] Maias anno
[pri]mo domni n(o)s(tr)i
... ani ep(i)sc(o)pi

b ... *lus Iai?*

Descripsi et ectypa sumpsi. V. 2 Nomen potest etiam esse *Tocidius*.

De episcopis Iliberritanis Ascanio (a. 127—130 ut ponunt), Iuliano (171—176), Eutychiano (274—280) cogitari nequit, cum litterarum forma et sermo ad quintum sextumve saeculum necessario sint referenda.

---

117 Tabella marmorea longa m. 0,28, alta 0,15, reperta (ante a. 1644) in parietinis antiquis, quae sunt in loco *las Herrerias* dicto prope Urgavonem (*Arjona*), leugam unam ab *Arjonilla* et *el Marmolejo* vicis; servabatur primum apud Alphonsum de Mendoza parochum Arjonillae, deinde Urgavone inserta muro templi sanctorum martyrum (*Jimena*, qui vidit a. 1644). 'Andujar, apud marchionem *de la Merced' Vel.* Ubi nunc sit ignoro.

† *Maria fidelis Chr(ist)i in vita sua h(u)nc diligens locum, ibiq(u)e summum m(an)ens? et r[e]bus? quatuor deni uno supervivit annos; cum pen[i]ten[ti]a rec[e]esit in pace d(ie) VII id(us) Martia(s), secundo Recciswinti regnan(tis) c(um) patr(e) pr(in)cipis anno* p. C. 650

Jimena *obispos de Jaen* [1654] p. 28 (inde Florez *Esp. sagr.* 2, 184; Nasarre *polygraphia* [1738] in tabula ad fol. XVIII v.; Masdeu 9, 462, 1); Velazquez ms. Matrit. vol. 13 q. v. et delineavit ad ectypum eodem quo lapis est modulo. Hunc sequor. V. 2 non intellego. 5 fortasse *regnans* tantum indicatur.

Digitized by Google

118 Tabula marmorea operis tectonici reperta a. 1856 circa Urgavonem (*Arjona*), ubi servabat (a. 1860) Emanuel Sebastian Casado pharmacopola. Litterae sunt saeculi fere quinti sextive.



† *Hic requiescit em(eritu)s? d(omin)i Vitalis.*
Odu.....

Descripsi.

119 In *Villanueva de Andujar* (*'del Rio, provincia de Cordoba' Vel.*) loco, ubi servaretur, accuratius non indicato *Rus.*



Ihesu Christo d(omi)no nostro
regn ante
constructum A — Ω *era DCLXV* aera 665
ano VII gl(oriosi) re gis Scinthile p. C. 627

Rus Puerta *historia de Jaen* ms. [1646] f. 44 v. (inde Florez *Esp. sagr.* 2, 207 et 12, 376); Velazquez ms. Matrit. vol. 13 cuius exemplum repeto, quanquam non spoponderim ex lapide fluxisse; consentit enim omnino cum Rus Puertae, auctoris sublestae fidei. Unde fortasse de antiquitate omnino dubitandum.

120 Tabula marmorea rep. a. 1746 Eporae (*Montoro*) *'a el tejar de la puerta chica à la entrada de la villa' Card.* Extat inserta muro ecclesiae parochialis ad laevam portae.

† *Reccisvinthus*
diacunus [f]a-
mulus Chr(ist)i
vixit anno(s)
plus minu
numero XXV,
recessit in pa-
ce sub die pridie
idus Iulias
era DCLXXXI aera 681
p. C. 643

Descripsi et ectypum sumpsi (unde dedi in tabula). Anonymus in schedis Venegae 8, 327; Cardenas *memorias* ms. 1 f. 72 v.; Mendez *vida de Florez* p. 233 ex huius exemplo (inde Masdeu 9, 251, 4); Bayér *viaje* ms. f. 81.

Lectio omnino certa est.

121 Tabula marmorea rep. a. 1770 prope Eporam (*Montoro*) in loco dicto *'el Palomarejo o hazuela de la Muela* [sive *'del Ruedo, de Dª Mª Camacho' notic.*] *à la parte de la campiña' Card.*, qui postea servabat Eporae, ubi vidit *Bayér.* In parte postica extat fragmentum tituli pagani C. I. L. 2, 2179.



aera 600.. p. C. 562...

† *Wiliulfus vir inl(ustris) [fa]mulus dei, vixit ann[os] plus minus septuaginta, recessit in pace sub [d(ie)] prid(ie) id(us) Iun[ias] era DC.....*

Ferdinandus Lopez Cárdenas *memorias* ms. f. 75 v. et *notitias* ms. f. 8 et 12; Bayér *viaje* ms. f. 78 v. et in adnotatione sua bibliothecae veteris Nicolai Antonii I p. 368.

1 VVILIVLCVS Card., ut dedi Bayér.

Digitized by Google

122 Prope Eporam (*Montoro*) in praedio dicto *la Cerca vieja* sepulcretum christianum repertum est a. 1785; praeter sepulcra varia tituli unici fragmentum detectum est hoc, quod videtur perliisse. Videtur esse saeculi sexti.

FA
M V L V S
XPI VIX^T AN
P L V S M I
5 N V S X X V
re CESS[illegible] in
pace . . . . .

Ferdinandus Lopez Cárdenas in scheda, quam servat Ludovicus Maria Ramirez y de las Casas-Deza Cordubensis, et in ephemeridibus Matritensibus *el Mercurio historico e politico* a. 1785 p. 90 seqq.

---

123 In *Villafranca de Cordoba* a. 1821 in oliveto iuxta oppidum repertum est sepulcrum tectum tabula marmorea grandi ita inscripta, quae ibi servari dicitur in aedibus *de los Sres Prados*. Signum christianum intra circulum.

† HAC CAVA SAXA OPPILANI
CONTINET MEMBRA
CIOIIIIIORT// NATALIVM
GEST · ABITQ · C VM
5 OPIBS · QVIPPE POLLENS ET AR
TVVM · VIRIB^S · CLVENS
IACVLA VEHI PRECIPITVR · PREDOQ ·
BACCEIS · DESTINATR ·
IN PROCNCTM · BELI NECATR
10 OPITVLATIONE · SODALIT^ DESOLATS ·
NAVITER · CEDE · PERCVLSVM ·
CLIÑS · RAPIVNT · PEREMTVM
EXANIMIS DOMV · REDVCTR
SVIS · VERNVLS · HVMATR
15 LVGIT · CONIVX · CVM · LBERIS · sic
FLETIBS · FAMILA · PRESREPIT · sic
BCIES · VT TRNOS · AD · QVATER
QVATRNOS · VIXIT · PER ANNOS ·
PRIDIE · SEPTMBIVM · IDVS · sic
20 MORE · A VASCNIBVS · MVLTATVS
ERA SESCENTNSIM · ET · OCTAGENSIMA aera 680
ID · GESTM · MEMENTO · p. C. 642
SEPVLTVS · SVB D^ QVIESCIT
VI · ID · OCTVBRES ·

Haec cava saxa — Oppilani | contine[n]t membra
[Claro nit]or[e] natalium — | gestu abituq(ue) co[nspi]c[u]um.
Opibus quippe pollens — et ar[tuum viribus cluens
Iacula vehi precipitur — predoq(ue) | Bacceis destinatur.
In procinctum belli necatur —, | opitulatione sodalium desolatu[r].
Naviter cede perculsum — | cl[i]entes rapiunt peremtum.
Exanimis domu(m) reducitur —, | suis a vernulis humatur.
Lug[e]t coniux cum liberis —, | fletib(u)s familia p[er]strepit.
Decies [u]t ternos — ad quater | quaternos vixit per annos.
Pridie Septemb[r]ium idus — | morte a Vasconibus multatus.
Era sescentesima et octagensima | id gestum memento.
Sepultus sub d(ie) quies — cit | VI id(us) Octubres.

Petrus Michael Zamora presbyter descripsit et misit academiae Matritensi (ms. *Est.* 18, 63), unde edita est in *Memorias de la Academia* vol. 7, 1832 p. XXV sq. (cf. 6, 1821 p. LXXVII); ex eodem exemplo habuit Casas-Deza *corografia de Cordoba* 1 [1838] p. 414, qui mecum communicavit depictam ex Zamorae puto schedis; inde edidi et illustravi in Hermae vol. IV 1869 p. 284 ss. Academici in edendo titulo ligaturas solverunt omnes; exemplum Casas-Dezae impressum cum manu scripto in universum consentit. Apparet autem unum tantum sumptum esse ex lapide exemplum Zamorae, cuius duo extant apographa impressum et manu scriptum. De antiquitate omnino non dubitandum.

Nota ramulos palmae positos in fine versuum (non linearam), qui in binas partes dividuntur simili sono desinentes (exceptis vv. 15. 16 et 21. 22).

V. 1 *cava saxa* intellege sarcophagum, in cuius operculo titulus legitur; cf. n. 130. V. 2 *Oppilani* genetivus est ab *Oppila* factus ut ab *Egica* et similibus tum faciebant *Egicani*. Oppila quidam nobilis Hispanus septuaginta fere annis antequam titulus hic positus est Leovigildi regis (a. 569—586) legatus ad Chilpericum Francorum regem iverat, ut memorat Gregorius Turonensis hist. Francor. 6, 40. Deinde in S. Ildephonsi epigrammate quodam *de Synagria* (scr. *Syagria*) *patruele*, quod impressum est in operibus patrum Toletanorum Lorenzanae (vol. 1, 1783 p. 448) *Ophilonis* mariti Syagriae mentio fit, quem Oppilanum potius dictum esse puto. Praeterea abbas quidam *Opilia* (lege *Opila*) saeculo nono memoratur apud Moralem *coron.* 3 f. 56 v. V. 3 in. ex litterarum apicibus CLARI NITORE potest extricari, ut Mommsenus vidit; quod cum non aptum sit sententiae, posui *claro nitore*. Poterit etiam cogitari de *gloria et decore* vel similibus. V. 4 Quae supplevi spatium explent; neque obstare videtur quod exspectaveris potius *conspicui*. Scilicet pro membris Oppilani Oppila ipse cogitando substituitur. *Membra quiescunt* infra redit n. 132. Ad *gestu abituque conspicuus* vocabula conferri possunt quae

Digitized by Google

in titulo quodam a. 958 prope Malacam reperto infra appendicis n. 214 de clerico quodam praedicantur:

[*Hic*] *recubat eximius — Samuel inlustrissimus,*

[*ele*]*gans, forma decorus —, statura celsa commodus.*

Formulae similes videntur constanter usurpatae esse ab epitaphiorum confectoribus. V. 6 *cluens* vocabulum antiquum in hac barbarie positum est cum elegantia quadam quaesita. V. 7. 8 quid significent vix ad perspicuitatem solves. *Praecipitur* pro Oppilano *ut iacula veherentur* (quod non puto intellegendum esse de more quodam populorum Germanicorum, quo bellum indicerent hastam portantes; quo de more cogitavit amicus aliquis), atque ut ipse Bacceorum genti (ei fortasse, cui iaculorum vehendorum munus iniunctum erat) quasi dux esset et antesignanus. Talia enim sententia videtur requirere; tamen praedonis vocabulum honestiore illa significatione unquam usurpatum esse nondum inveni. Illud autem inveni, ne turpi quidem significatione, quae vulgaris est in antiquitate, *praedo* vocabulum adhibuisse Italos, Francogallos, Hispanos et Portugallenses (nisi fallunt lexica) paucis scriptoribus exceptis, qui usum antiquum imitabantur (ut Dante poeta), sed contentos fuisse latronis vocabulo. Unde coniecturae meae fortasse aliquid nascitur auxilii. Litteris mutandis non puto indulgendum esse; certe quae vel amici proposuerunt vel ipse inveni, *praedaque*, *praecoque*, *praedioque*, *praelioque* (quod G. Hirschfeld [*Götting. gel. Anz.* a. 1870 p. 1097] invenit; neque enim intellego quid sibi velit illud *proelio* populo alicui *destinari*) sententiae non satisfaciunt. De Bacceorum vel populo vel gente tenuis videtur superesse memoria apud Isidorum orig. 9, 2, 107, ubi haec leguntur: *Vacca oppidum fuit iuxta Pyrenaeum, a quo sunt cognominati Vaccaei, de quibus creditur dixisse poeta* (Vergilius Aen. 4, 42) '*lateque vagantes Vaccaei* (*Barcaei* traditur in libris scriptis fide dignis)'. *Hi Pyrenaei iugis peramplam montis habitant solitudinem. Iidem et Vascones quasi Vaccones, c in s litteram demutata.* Neque vero cogitari hoc loco potest de Vaccaeis ad Durium habitantibus, gente antiqua et perillustri; sed intellegendi sunt Pyrenaei accolae aliunde non noti aut *Vaccei* vel *Vaccaei* aut *Baccei* dicti et a Vaccaeis vetustis fortasse descendentes. Vacca oppidum ab Isidoro memoratum aliunde item notum non est; nisi forte erravit Isidorus in Baetica vitam degens et cum Iacca Vasconum oppido noto (cf. C. I. L. 1 p. 403) eam confudit. *Baccia* certe ab Orosio solo (514) in bello Viriatino nominata omnino divera habenda est (cf. M. Hoffmann *de Viriatho Numantinorumque bello* p. 44). De *baccea* (quod est vas aquarium) aut *baccus* (quod est navigii genus) vocabulis vix poterit cogitari. V. 9 *in procinctum* positum est pro *in procinctu* ex nota illa accusativi cum ablativo commutatione (de qua cf. inter alios Böckingius in quarta institutionum Gaianarum editione a. 1855 p. 19 et 342) ex *m* finalis elisione explicanda. V. 10 pro *desolatus*, quod traditur, propter *destinatur*, quod praecedit, expectaveris potius *desolatur*. V. 11 *naviter* ex antiquioris sermonis usu desumptum, ut *cluens* supra v. 6. V. 12 CLENTES Casas-Dezae exemplum impressum, CLINTES academiae et manu scriptum. Fuit fortasse in lapide CLENTES. V. 15 LVGIT, quod traditur, fortasse non est mutandum. *Luget cum liberis*, item v. 16 *fletibus familia* non casu tantum videntur allitterationem praebere. Ibidem *prestrepit* sine dubio errore positum est pro *perstrepit*, sed errore in linguis Romanicis pervulgato, qui ex antiqua *r* litterae transpositione deducendus est. V. 17 *ut* (quod non mutaverim in *et*) significatione temporali positum est. Vitae anni XXIX indicantur admodum impedite; ut solent numeri in eius temporis carminibus. V. 19 SEPTEMBIVM quod traditur fortasse non est emendandum. Ceterum *pridie Septembium idus* ita transponitur propter *multatus* vocabuli exitum similem. V. 20 Qui factum sit ut a Vasconibus Oppila morte multaretur nec carmen dicit neque explicari potest facile inde, quod mercennariorum loco eo tempore Vascones solebant stipendia mereri (cf. Aschbachii *Geschichte der Westgothen* p. 252. 280). V. 21 *Sescentensima* et *octagensima* (pro *octogensima*) formae antiquae sunt, ut supra v. 6 et 11. Ceterum numeri v. 21. 22 non consonant sono simili. Contra v. 23. 24 cum *Octubres* fortasse voluit consonare poeta *quies — eit* vocabuli partem priorem; inde transpositio insolens aliquo modo explicatur. V. 24 *Octubres* forma proxime accedit ad Hispanorum recentium *octubre* et Portugallensium *outubre*; contra o servata est in Italorum *ottobre* et Francogallorum *octobre*.

---

124 In monasterio S. Basilii *el Tardon* dicti prope oppidum *San Calisto* (*Hornachuelos*).

IVSTA FAMVLA CRISTI VIXIT ANNOS
PLVS MINVS LXVII
QVISQ · LEGIS TITVLVM LACRIMAS EFFVNDE
FREQ · HIC · SITVS EST IVVEN · PIETAT
5 INL ECLESIASQ · PETIT SECVRVS MABI
VI · VMBRA · RECEPTA IN PACE SVB DIE
IDVS NOVEMBRES ERA DCCI aera 701 p. C. 663

Morales *coron.* 2 f. 153 v. (inde Masden 9, 362, 2; Casas-Deza *corografía de Córdoba* 1 [1838] p. 358; Cárdenas *noticias* ms. f. s. n. ex schedis Andreae de Valdecañas Lucenensis.

2 MINV Mor. 3 QVISQVE, LACHRYMAS Mor. ET (pro EFFVNDE) Card. 4 FREQVENTER, IVBENE Mor. 5, 6 MABIVS VMBRA Mor.

Observa carmen aliquod sepulcrale adhibitum esse in puellae memoriam ne genere quidem masculino mutato. Carmen in ecclesiasticum aliquem fortasse Flavium aut Martium dictum tale fere fuerit:

Quisq(*ue*) *legis titulum lacrimas effunde frequentes.*
Hic situs est iuvenis [*animi* vel *morum*] *pietate inl*(*ustris*),
Eclesia[*e*]*q*(*ue*) *petit securus* [*Flavius?*] *umbra*[*m*].

Digitized by Google

125 Cordubae (*Cordova*) in platea *Potero* ad limen ianuae Roderici Alfonsi, lapis fractus est in tres partes et muro diverse impositus.

CRVX VENERANDA HOMINVM REDEMTIO
SEMPER IN QVA CHRISTVS PENDENS
HOMINES REDEMIT CVNCTOS TEQVE IN
5 GESTANTES POSSIDENT CÆLVM NVNC
MELIVS GAVDEMVS CHRISTI MORTE REDEMPTI
DVM CŒLVM ET PARADISVM SINA ACIPIT HOMO *etc*

Mameranus de Lucemburgo [c. a. 1538] in schedis Augustanis f. 15 v. (cod. Hannoveranus 1 f. 4 conscutit); Christoph. de San Antonio y Castro *colonia Betis* [1657] p. 25 (inde Masdeu 9, 472, 12) vv. 1. 2 tantum adscripsit.

Cuius temporis sit omnino incertum. Cf. n. 10.

Vv. 4. 5 et 7 non intellego.

---

126 Cordubae rep. d. 21 m. Nov. a. 1575 in ecclesia S. Petri una cum sepulcro; est basis rotunda marmorea alta *hasta tres quartas o poco mas* (*Mor.*) et diametri pedis unius. Litteris videntur esse saeculi quinti sextive.

† SCORVM
MARTYR
XPI IHV ·
FAVSTI IA
5 NVARI ET
MARTIA
IIS ZOYL ·
ET ACSCI ·
IIARITA
10 ATS
N

S(an)c(t)orum martyr(um) Chr(ist)i Ih(es)u Fausti, Ianuari et Martialis, Zoyli et Acis, cli, [C]arita[tis?], ...

Descripsi sine exemplo indeque Moralis fidem perspexi. Morales *coron.* 3 f. 270 (inde Florez *Esp. sagr.* 10, 331); Venegas ms. Cordub. 12, 241 'ex Alfaro'; Nasarre *polygraphia* f. XVII 5; Bayér *viaje* ms. f. 97 v.

Non vidi foliola hederacea in fine vv. 3. 7. 8 nec litteras, quas dedi inclinatas; nam tectae sunt hodie. V. 10 haec mihi visus sum dispicere CTT///. Sed puto Moralem, qui titulum per longum tempus domi accurate observare potuit, recte omnino descripsisse. Tamen vv. 9—11 non expedio.

---

127 Cordubae. Lamina ahenea, reperta a. 1672 *en las casas de Don Martin Alonso de Cea, quando se hacia el cuarto nuevo; siendo antes la pieza de casas del conde de Gondomar.*

A ☧ ω
FL · HYGINO · V · C · COMITI
ET · PRAESIDI · P · M · C ·
OB MERITA · IVSTITIAE
5 EIVS TABVLAM PATRO
NATVS POST DECVRSAM
ADMINISTRATIONEM
ORDO · TIPASENSIVM
OPTVLIT

Alfaro apud Venegam 8 f. 358. 359; Ponz *viaje* 17, 99 nescio unde. Edidi act. Berol. a. 1861 p. 55 et C. I. L. 2, 2210.

2 F·L·HYGINO Alf., F·L·IGINIO Ponz. Lege *Fl(avio) Hygino v(iro) c(larissimo) comiti et praesidi p(rovinciae) M(auretaniae) C(aesariensis)*. Tipasae coloniae eius provinciae titulos paucos adhuc notos collegit Renier *inscr. de l'Algérie* n. 4042—4048.

Digitized by Google

128 Prope Lucenam rep. a. 1735 in praedio *la huerta Perea* dicto proprio PP. S. Pauli, qui degebant Cordubae prope turrim Albarranam et coenobium *de la Victoria* ad portam *del Ossario*; ibi servabatur; postea autem translata est in museum Zevallos, ubi extat.



. . . . . .
. . . *s celsum dominum me[n* . . . . .
Poscit et veniam Chr(ist)i fle[bi . . . . .
Inclite quem dignus tumula[bi . . . . .
5 *S(an)c(tu)s et inlustris herus Le[o* . . . . .
Cunctis quod profuit ad spe[m . . . . .
Ob quod continue lector do[m . . . . . .
. . *cens ut venia maneat [e* . . . . . .
[. . *at perpetua vita ma* . . . . .]
10 [. . . *era DCCC* . . . . . .] aera 800 . . . .
p. C. 762 . . . .

Descripsi et ectypum sumpsi. Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Nasarre *polygraphia* f. XVIII v. (inde Palomares *polygrafia* ms. tab. 11); Bravo *Betica* ms. 1 p. 157 cui misit Ludov. de Aranda medicus Lucenensis; Bayér *viaje* ms. f. 95 v.

Quae in ectypo iam non apparent, supplevi ex Iosephi Velazquez potissimum et Blasii Nasarris exemplis. Eosdem secutus initio vv. 2 et 8 *s* et *e* litteras posui. Nasarre v. 5 supplet *Leovigildus episcopus*, nescio quo iure.

---

129 Cordubae in ecclesia maiore iuxta portam S. Catharinae.

ISTA VORAX
FOSSA DOMINI
CI CONTINET
OSSA ANIMA
5 EIVS REQVIES
CAT IN PACE

Ista vorax fossa — Dominici continet ossa.
Anima eius requiescat in pace

Venegas in schedis Cordubensibus 8 f. 366 v. 'ex Alfaro'. Fortasse saeculi aut noni aut recentioris etiam.

---

130 Cordubae rep. a. 1586, servata primum apud Hieronymum Moralem, deinde apud Antonium *de Lara* presbyterum, postremo apud Bernardum *Gamiz de Cabrera*. Videtur periisse.

MEMBRA FVLGENT HIC VRNA
ANVS RELIGIOSE
RITE CARNE DEVICTA
IN SOBRIA FAMA CASTA
5 ARCE CELESTI ET AVLA
SVM TECTA HIC SAXEA CAVA

Morales *coron.* 3 f. 207 v. (inde Tamayo martyrol. Hisp. 6 p. 524) qui saeculo decimo medio adscribit, fortasse recte; Venegas ms. Cordub. 8 f. 372 'ex Alfaro'. Initia versuum *Maria* nomen efficere perspexit iam Morales. Fortasse eiusdem temporis ut n. 129.

Ad v. 6 *saxea cava* cf. n. 123 *haec cava saxa* e. q. s.

131 Cordubae in aedibus Didaci de Argote prope nosocomium S. Bartholomaei *de las Bubas* ad portam novam.

†
PORPVRIA FA
MVLA DEI VIX
A N N X X X X
5 MENSES · VIII · RECES
SIT IN PACE ⊕ XII
KL · MAIAS ERA ꝟXXIII aera 523
p. C. 485

Alfáro in schedis Venegae Cordubensibus 8 f. 371 v. (inde Mur. 1930, 4 'e schedis suis', potius puto Cattanei; Masdeu 9, 354, 8).

2 PVRPVRA Mur. 7 DXXIII Alf., qui elementum erasum ita D depingit, quod aut Ꝟ (mille) aut D fuisse potest; DLXIII Mur. Sexti potius quam decimi saeculi videtur esse secundum formulas et scribendi rationem. *Porpuria* est Porphyria.

Digitized by Google

132 Reperta non procul a Corduba.

HIC TEVDEFREDI CONDITA
MEMBRA QVIESCVNT ARIDA
CVIVS ORIGO FVLGIDA
ᴍᴇ ᴅᴇ REFVLSIT INCLITA
ᴍᴇ SVBIVIT FVNERA
S ENTIES
SVPER

Berlanga misit a se descriptam et supplevit. Tam septimi octavive quam noni decimive saeculi esse potest.

133 Cordubae in domo quadam prope ecclesiam S. Michaelis, 'litteris Gothicis'.

IVOLVENTES COLOM
QVE ET ANTISTES HON
ONIS SACRATA MHI
VM MERITIS
IENI ANTE

Venegas ms. Cordub. 8 f. 366 v. 'ex Alfaro'.

134 Cordubae, fragmentum tabulae marmoreae in museo Zevallos.

BRES · ERA
u o +

Ectypum sumpsi.

Digitized by Google

PARS TERTIA.

TARRACÓNENSIS
ASTVRIA ET GALLAECIA.

Digitized by Google

I. CONVENTVS BRACARAVGVSTANVS.

135 In coenobio S. Salvatoris *de Vairão* monacharum S. Benedicti, in pariete domus *o celleiro* dictae versus meridiem iuxta dormitorium novum, in lapidibus septem iuxta positis.

IN RE DNI PERFECTVM | EST TEMPLVM HVC PER MARISPALLA | DO VOTA
SVB DIE XIII K AP ER | DXXIII · REG NANTE SERENISSIMO VEREMVNDO REX

infra in longitudinem ensis insculptus est

In n(omin)e d(omi)ni perfectum est templum hunc per Marispalla d(e)o vota
sub die XIII k(alendas) Ap(riles) er(a) DXXIII regnante serenissimo Veremundu rex aera 523
p. C. 485

Hieron. da Cunha Almeida (abbas *de Bitaraês*) *juizo historico sobre o letreiro que se achou em uma pedra no mosteiro de Vairão da ordem de S. Bento em 1608* ms. a. 1637 bibl. publ. Portuensis A 1, 702; praeter hoc Argotio missa sunt exempla duo alterum a. 1724 Hieronymi Alexandro Rato pictoris Bracarensis ms. bibl. publ. Olisip. A 4, 25 f. 79, quod versus non dividit, Anonymi alterum a. 1711 ibid. f. 80 sqq.; Ioh. Petr. Ribeiro in *memorias da litteratura Portugueza* vol. 5, 1793 p. 423 litteris cursivis et compendiis solutis.

1 DOVOTA Rato (DÕVOTA reliqui), DEO VO .... Rib. 2 XIII K Alm.

Titulus potest sane eius temporis esse, quod in ipso indicatur. Veremundi regis huius regnum quem ad modum coniugi possit cum tempore, quod in titulo indicatur, incertum est.

135*a* In castello *de Lanhozo* ad portam quae est iuxta turrim, occidentem versus.

✝ PRS AEPS

Petrus aep(iscopu)s

Francisc. Xav. da Serra Craesbeeck *memorias resuscitadas de Entre Doiro e Minho* [1723] ms. f. 227 (inde Argote *memorias* ms. f. 270).

Cuius temporis sit incertum, sed non video cur non possit saeculi esse septimi octavive.

II. CONVENTVS LVCENSIS.

136 In ecclesia S. Iohannis *de Baños de Bande* ad confinia Portugalliae rep. c. a. 1840; cum ecclesia illa destruebatur lapis inventus est, qui pro mensa altaris erat, ita inscriptus

RECES SE TALE PIVS IN NOMENE XP ANNO
RVM XII X KL NOVEMBRIS ERA DXLII aera 522
p. C. 484

Ioh. Eman. Bedoya in fasciculo inscripto *arquelógia*, impresso in civitate Aurensi (*Orense*) a. 1841, p. 3.

V. 1 SE, non SLE in lapide esse affirmat Bed. 2 Numeros ita exhibet XII, quod pro XVII positum esse existimat, et DXLII, quod ei est DXLVII. Puto eum deceptum esse X forma, quae saepius extat, ut alter numerus XII fuerit (aut fortasse XLII), alter DXII (puto LI lectum esse pro X). Sed haec incerta sunt; atque ut titulum hunc, quem ita ut traditur ne intellego quidem, quinto saeculo adscribam vix a me impetro. Auctor tamen probus est et fide omnino dignus.

Digitized by Google

137 Lapis repertus ad aedem S. Eusebii *de la Peroxa* et servatus apud Franciscum Feijóo dicto *señor del Bameo*, duabus ab Orense leugis, ad rivum *Bameo*.

AVITVS IN
† XXXVII
ANN · MOR
TVVS FVET

P. Sobreyra ms. acad. Matrit. *Est.* 21, 114.

Avitus in (Christo)? XXXVII ann(orum) mortuus fuet.

Aetatis incertae, sed saeculo octavo fortasse recentior.

138 A Pontevedra Gallaeciae leugam dimidiam versus meridiem ecclesia est S. Petri *de Tomeza*; ibi rep. est a. 1741 sarcophagus, in cuius operculo sculptum erat hoc signum



in facie vero anteriore titulus hic

† HIC REQUI
. SCIT CORPUS I
ERMENGON . . .
. . RANSIUIT I CAL MAI
5 ERA ƿCLXII I ꝗUICUMq̃ — aera 662
HOC . . . . . — p. C. 624

Martin. Sarmiento *viaje à Galicia* [1745] ms. acad. Matrit. vol. 1 f. 432 v.

Litterarum formae, quanquam non accurate expressae ab eo qui descripsit homine alioquin optimae fidei, item puncta trina videntur esse saeculo septimo aliquanto recentiores.

139 Loco Gallaeciae incerto. Servatus est titulus in parte aversa epistulae scriptae ad abbatem monasterii *de Peñosinos*, neque vero inde de loco ad quem pertineat coniecturam facere licet.

SAVI
NVS
IN A
NNI
5 BVS
VIGI
NTI
DVOS

P. Sobreyra ms. acad. Matrit. *Est.* 21, 114 in folio singulari. Lege *Savinus in annibus viginti duos.*

Christianam esse saeculi fortasse septimi vel octavi puto.

III. CONVENTVS ASTVRVM.

140 In monasterio S. Romani *de Hormiaga* (sive *Horniaga* vel *Hornija*), sito illo inter Toro et Tordesillas oppida, supra altare aliquod, tabula marmorea *de mas de una vara* (*Mor.*). Videtur periisse.

HIC SVNT RELIQVIAE NVMERO SAN
CTORVM SANCTI ROMANI MONA
CHI SANCTI MARTINI EPISCOPI SAN
CTAE MARINAE VIRGINIS SANCTI PE
5 TRI APOSTOLI SANCTI IOANNIS BA
PTISTAE SANCTI ACISCLI ET ALIO
RVM NVMERO SANCTORVM — p. C. 646?

Morales *coron.* 2 [1577] f. 138 (inde Yepes *cronica general de la orden de San Benito* 2 f. 148; Velazquez ms. Matrit. vol. 34; Florez *Esp. sagr.* 10, 304; Masdeu 9, 210, 1).

Septimo saeculo adscribi solet ab Hispanis, quia a. 646 monasterium illud a S. Fructuoso conditum esse traditur auxilio regis Chindasvinthi; quod per se non abhorret a probabilitate, sed ex litterarum tantum forma certo poterit definiri.

141 Asturicae (*Astorga*) rep. a. 1866 *à la entrada de la ciudad en un desmonte lleno de sepulcros á modo de columbario.*

Descripsi ex ectypo a Saavedra misso, qui v. 2 legit ꝗVIETI LOCV. Videtur esse recentior quam aera millesima.

Asturicae (*Astorga*), in ecclesia cathedrali, sarcophagus regis Alphonsi magni, saeculi fortasse quarti, anaglyphis ornatus.

Morales *viaje santo* p. 178 cum Henrici Florez adnotatione; Mauro Castella Ferrér *el apostol Santiago* f. 482; Guerra *tres sarcófagos cristianos* (*monumentos arquitectonicos de España*) p. 4.

Digitized by Google

142 Leginne (*Leon*), in ecclesia monasterii S. Claudii.



Haec tenet [u]rna tu[u]m venerand(um) corpus Vincenti abl(at)is.
Set tua sacra tenet animo, caeleste sacerdos,
Regnum mutasti in melius cum gaudia vite.
Martiris exempla signant, quod membra sacrata
Demonstrante deo ratis hic repperit index.
Cuater decies quinos et duos vixerat annos
Misterium Chr(ist)i mente sincera minister.
Raptus aetereas subito sic venit ad auras.
Sic simul officium finis, vitamque remorit
Sp(iritu)s adeeniens d(omi)ni, quo tempore s(an)c(tu)s
In regionem piam r[e]rit animamque locabit.
Omnibus hiis mox est de flammis tollere flammas.
Obiit in p(ace) d(e)i V id(us) Mart(ias) era DCLXVIII aera 668 p. C. 630

Morales *coron.* 2 f. 119; Yepes *cronica general de la orden de San Benito* 1 f. 177 (inde Masdeu 9, 285, 1); Bivar ad Maximum [1651] p. 344 (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13); Risco *Esp. sagr.* [1784] 34 p. 419 et *iglesia de Leon* [1792] p. 92 cuius exemplum accuratum (quanquam litterarum formas non accurate imitans) propono.

1 et 2 TENED Morales *t* litterae forma paullo insolentiore decepitus. In *ornatum* latere *urna tuum* perspexit Mommsenus. *Abbatis* extra versum positum est. 3 VITAE Mor., VITES Bivar, scilicet foliolum, quod punctum indicat, pro S littera habens. 5 REPERIT Mor., INDEXS Bivar simili errore ut v. 3 7 MINISTERIVM Mor.; *misterium* videtur esse genetivus pluralis. AETHEREAS Mor. 9 IN REGIONEM IAM DEDVXIT sic Bivar in interpretatione. *Vixit* Mommsenus correxit. 10 HIS Mor., Bivar. 11 OBIIT IN PRAECEPTIS DEI QVINTO ERA DCLXVIII Mor., IN̄ C D̄ VI D̄ MART̄ ER DCLXVIIII Bivar, qui *die V* solvit, male.

Vincentius ille martyrium perpessus esse traditur a. 554.

---

143 Baños, in ecclesia S. Iohannis Baptistae (*cerca de Dueñas, en cima de Valladolid, a la ribera de Pisuerga*), *la qual dura entera hasta agora con muestra de su antiguedad y forma y fabrica de Godos.*

PRAECVRSOR DOMINI MARTYR BAPTISTA IOANNES
POSSIDE CONSTRVCTAM IN AETERNO MVNERE SEDEM
QVAM DEVOTVS EGO REX RECCESVINTHVS AMATOR
NOMINIS IPSE TVI PROPRIO DE IVRE DICAVI
TERTIO POST DECIMVM REGNI COMES INCLYTVS ANNO
SEXCENTVM DECIES ERA NONAGESIMA NOVEM aera 699 p. C. 661

Morales *coron.* 2 f. 153 (inde Yepes *cronica general de la orden de S. Benito* 4 f. 205; Velazquez ms. Matrit. *Est.* 12, 18 f. 127 ab manu ignota, item vol. 34; Masdeu 9, 28, 5).

Non video cur non possit eius quod indicatur temporis esse. Litterarum contiguationes et compendia scribendi, si qua fuerunt, videtur Morales tacite solvisse, ut solet. Aerae indicatio, quamvis insolens, non videtur aliter posse intellegi, ac posui, ut *sexcentum decies* positum sit pro *sexies centum*.

Digitized by Google

144 Oveti (*Oviedo*) in ecclesia cathedrali (*capilla del rey casto*) sarcophagus magnus marmoreus (quem reginae Ximenae esse perhibent) ornatus opere anaglypho (in quo aves, vasa, monogramma christianum repraesentantur); in operculi parte summa litteris elevatis sculptum est epigramma hoc:

» INCLVSI TENERVM PRAETIOSO MARMORE CORPVS «
AETERNAM IN SEDE NOMINIS ITHACII

Descripsi et edidi in actis acad. Berol. minoribus a. 1861 p. 834; Tirso de Avilés *antiguedades de Covadonga* ms. 11; Morales *coron.* 3 f. 180, *viaje santo* p. 89 (Velazquez ms. Matrit. vol. 13). V. 2 *aeternam* positum est pro *aeterna*.

Cum possit esse per se saeculorum quinti sexti septimi, tamen propter litteras non incisas sed elevatas non puto antiquiorem esse saeculo nono.

---

145 Oveti (*Oviedo*) in basilica S. Salvatoris *Vasaeus male*. Praviae in ecclesia S. Iohannis (*o Santianes*) *Mor*. Particula quae superest sola dicitur servari Matriti apud Modestum Lafuente.

T I C E F S P E C N C E P S F E C I T
I C E F S P E C N I N C E P S F E C I
C E F S P E C N I R I N C E P S F E C
E F S P E C N I R P R I N C E P S F E
5 F S P E C N I R P O P R I N C E P S F
S P E C N I R P O L O P R I N C E P S
P E C N I R P O L I L O P R I N C E P
E C N I R P O L I S I L O P R I N C E
P E C N I R P O L I L O P R I N C E P
10 S P E C N I R P O L O P R I N C E P S
F S P E C N I R P O P R I N C E P S F
E F S P E C N I R P R I N C E P S F E
C E F S P E C N I R I N C E P S F E C
I C E F S P E C N I N C E P S F E C I
15 T I C E F S P E C N C E P S F E C I T

Silo princeps fecit † p. C. 783

Morales *coron.* 3 f. 40 v. (inde Vasaeus chronic. f. 121. Hisp. ill. 1 p. 705 male; Yepes *coronica general de la orden de San Benito* 1 f. 246; Risco *Esp. sagr.* 37, 117; Colmenar *délices de l'Espagne* 1 p. 117; Masdeu 9, 44, 1; Quadrado *recuerdos y bellezas de España* 9 p. 43); Lud. Alph. de Carvallo *antiguidades de Asturias* [1695] p. 149.

Silo ille princeps Astur dicitur mortuus esse a. 783; tituli forma singularis docet artificia eius modi scribendi, qualia ex Africa novimus (cf. Renier *inscr. de l'Algérie* n. 3703. 3704), in Hispania durasse usque ad saeculum octavum.

---

146 In ecclesia S. Christinae in Pola de Lena prope Ovetum, duobus lapidibus.

OFFERET FLAINUS ABBA | † SCOR PETRI PA uli
IN ONORE APOSTOR D

Offeret Flainus abba in onore aposto[lo]r(um) d(e)i s(an)c(t)or(um) Petri [et] Pa[uli]

Descripsi ex ectypo a Cyriaco Vigil facto, quod vidi apud Emanuelem de Assas. Puto saeculi fere noni esse. *Flainus* scriptum est pro *Flavinus*; vix enim cogitaverim de *Elainus* nomine graecanico (Mommsen I. N. 6829, s. 6853).

---

147. 148 Castandiello (*concejo de Morcin*), tabulae lapideae duae servatae una cum titulo C. I. L. 2, 2698. N. 147 longa est m. 0.88, alta 0.44; 148 longa m. 0.75, alta 0.50.

147



† *ic requiescit f(a)m(u)l(u)s d(e)i | Justus in era DIII* aera 503
k(a)l(en)d(as) VII(i. e. *septem*)*br(e)s* p. C. 465?

148



Felis sum. Transibit era X

Cyriacus Michael Vigil delineavit accurate mihique misit. Saeculo quinto titulum n. 147 nullo modo posse adscribi patet; quid lateat nescio, fortasse ↑ (millesima) III; ut sit anni p. C. 965. In titulo n. 148 fortasse omissus est numerus millesimus, ut sit aerae MX, anni p. C. 972. Apposui, cum de tempore possit dubitari. Litterarum forma sane non multum distat ab tituli paullo antiquioris n. 147.

Digitized by Google

S. Crucis sita in ripa fluvii Pionia sive *Bueña* ibi fere, ubi confluit cum fluvio *Sella*

ıGIT A PRECEPTIS DIVINIS HEC MACINA SACRA
ı SVO CONDITVM FIDELIBVS VOTIS
ECTVRE CLAREAT HOC TEMPLVM OBTVTVBVS SACRVM
NSTRANS FIGVRALITER SIGNACVLVM ALME CRVCIS
HRISTO PLACENS HEC AVLA OB CRVCIS TROPHEO SACRE
ı FAFILA SIC CONDIDIT FIDE PROBATA
FROILIVBA CONIVGE AC SVORVM PROLIVM PIGNORA NATA
VS O CHRISTE TVIS MVNERIBVS SIT GRATIA PLENA
OST HVIVS VITE DECVRSVM PREVENIAT MISERICORDIA LONGA
VALEAS KIRIO SACRATA VT ALTARIA CHRISTO
REVOLVTIS TEMPORIS ANNIS CCC
LI ETATE PORRECTA PER ORDINE SEXTA
DISCVRRENTE ERA DCCLXXVII — aera 777 / p. C. 739

Velazquez ms. Matrit. vol. 34); Lud. Alph. de Carvallo *antiguidades de Asturias* [1695] 38. 1) qui potest sane vidisse; Risco *Esp. sagr.* 37 p. 86 qui in universum Moralis

CHINA Carv. 2 COMPTVM Mor., COMTVM Risco. 3 PERSPICVE Mor. 4 ALMAE
RATA Mor. 6 FAMVLVS FAFILA Mor. PROVATA Mor. 7 FLOILIVBA Carv. 8 CHRISTE
9 VITAE Carv. LARGA Risco. 10 HIRTO (pro KIRIO) Carv. SACRATAS Mor. 11 RE-
Carv. ORDINEM Mor. 13 DEI CVRRENTE Carv. ERA DCCXXLV Risco, ad testimonium

Casp. Melchiorris de ...

Fafilam (vel Favilam) regem Pelagii filium patri successisse credunt a. 737. Utrum titulus re vera eius aetatis sit necne non definio.

IV. CONVENTVS CLVNIENSIS.

150 *Muro de Agreda*, quae sunt parietinae Augustobrigae (C. I. L. 2 p. 390); titulus christianus ab Ed. Saavedra detectus.

ego:	*Saavedra:*
//o M C I V /// V I	C I I v A A Ñ A
I N I A S · D ///	I ‹ IS · PS
OBIT IN PACE D ///	OBIT IN //// ITE
I Ī E R A I · L V M P	ERA · T · RV E
5 S \ \ /// \	

Descripsi summa cum difficultate ex ectypo gypseo a Saavedra facto, qui ex lapide ipse ea legit, quae supra posui. Potest indicari aera Ī (millesima); tamen nolui prorsus omittere, cum lectio omnino incerta sit.

V. CONVENTVS CAESARAVGVSTANVS.

151 Prope Mendivil (iuxta Pompaelonem) in ecclesia *de las Ventas de las Campanas*.



Henr. Florez vidit a. 1766, ut Mendez refert in vita eius p. 187. Apposui propter monogrammatis christiani formam raram cum s littera contignatam.

Digitized by Google

152 Caesaraugustae in crypta ecclesiae semidirutae S. Encratidis (*Santa Engracia*) sive basilicae sanctorum XVIII martyrum (cf. Prudentius peristeph. 4, 16. 28. 49 sq. et Eugenius Tolet. opera patr. Tol. I p. 7) servantur sarcophagi christiani duo, alter sine titulo (qui Encratidis fuisse dicitur): in altero ad Adamum et Evam aliaque anaglypha in sarcophagis illis consueta, quae exhibet, adscripta sunt (tempore fortasse posteriore) nomina haec:

MVSES	ARON	INCRATIV	ZO	ZACO	PETRVS	PAVLVS	FACCEVS	XVSTVS
Muses	*Aron*	*Incratin*	*Zo*	*Zaco*	*Petrus*	*Paulus*	*Facceus*	*Xustus*
(i. e. *Moses*)			(i. e. *Iob*)	(i. e. *Iacob*)			(i. e. *Zacchaeus*)	(i. e. *Xystus papa sanctus*)

Didacus Murillo *fundacion de la capilla del Pilar y excelencias de Zaragoza* [1626] f. 265 sqq. (inde Madoz *diccionario* 16 p. 579); Leo Benedict. Marton *historia del real monasterio de S^a Engracia* [1757] p. 59 (inde Raph. Garrucci *bullett. dell' instit. archeol.* a. 1860 p. 176 et ego *antike Bildwerke in Madrid* cet. p. 360; nam vidi quidem sarcophagos, sed repperi ita tectos coloribus nuper impositis, ut nomina illa legere omnino non possem).

ENCRATIA PETRVS FLORIA AVLVS ARO MARTA Murillo (omisso ZACO), INCRATIVI (om. MARTA) Marton.

Nuper sarcophagos diligenter descripsit et imaginem alterius sarcophagi (XVIII martyrum) a Bernardino Montañes delineatam edidit Aurelianus Fernandez Guerra y Orbe *monumento Zaragozano del año 312 que representa la asuncion de la Virgen* (Matriti 1870 8.). Ibi (p. 16) Ioh. Bapt. de Rossi lectio et interpretatio imaginum et titulorum exhibetur brevis, quam supra sequor in textu. Scilicet exhibentur apostoli patriarchae, sancti varii, qui animam defunctae prosecuntur.

A. 1737 Marton haec vidit partim inscripta partim picta atramento tam in margine superiore quam in inferiore sarcophagi.

in margine superiore: IZO ARON INCRATIVS PETRVS FLORIA PAVLVS XVSTVS FACCEVS MVSES
in margine inferiore: MARTA. ZACO ZO
in latere sinistro supra: ADAN EVVA ISAC

A. 1814 illa iam visa non sunt, verum denuo addita haec

in margine superiore: ZO IZO INCRATIO PEDRO XUSTO FACCEO MUSES ARON ZACO
in latere sinistro supra: FLORIA

Garrucci ita restituit: ARON INCRATIAM ZACO PETRVS FLORIA PAVLVS

Guerra ita: *Syrophoro(iso)* INCARNATIO PETRVS MARIA PAVLVS *caecus Gaditanus*

unde putat orta esse a. 1389 (quando sarcophagus detectus est) *izo aron incratius petrus floria paulus xustus facceus muses*

et MARTIRES DECEM ET OCTO ORATE PRO NOBIS

unde fecissent a. 1389 *Marta zaco zo.*

Putat enim incarnationem adscriptam fuisse ad assumptionem virginis, qui mihi certe non persuasit.

Ceterum fortasse etiam FLORIA ad antiquum titulum aliqua ratione pertinebat.

S. Encratis sive Encratia (cf. C. I. L. 2, *2406 et 2439) perisse creditur a. p. C. 304; nomina vero illa sine dubio sarcophago inscripta non sunt ante saeculum quintum vel etiam sextum.

---

153 Reperta prope Arizam Aragoniae.



In nomine domini Ben valus? fil(ius)? Cit . . . . . [m]onim entum?]



Velazquez ms. Matrit. vol. 13 eadem, ut videtur, magnitudine quam lapis habet depicta diligenter.

Digitized by Google

VI. CONVENTVS CARTHAGINIENSIS.

154 Prope *Aranjuez* nescio ubi repertae sunt tabellae pavimenti marmorei in formas varias dissectae, quae servantur Matriti in museo naturalis historiae.

Descripsi.

Prope *Corral Rubio* (*provincia de Albacete, termino de Montealegre*) in colle dicto *el cerro de los Santos* monasterium fuisse dicitur tempore Visigothorum fundatum repertaque ibi esse pavimenta tessellata et statuas refert

Ioh. de Dios Aguado y Alarcon in schedis acad. Matrit. *Est.* 18. 40.

---

155 Toleti (*Toledo*) rep. a. 1591 per Ioh. Bapt. Perez episcopum Segobrigensem eiusque iussu collocata in claustro ecclesiae cathedralis. Pars lapidis dextra humiditate hodie paene evanuit.

In nomine d(omi)ni consecra|ta eclesia s(an)cte Marie | in catolico die pridie | idus Aprilis anno feli|citer primo regni d(omi)ni | nostri gloriosissimi Fl(avii) | Reccaredi regis era DCXXV

aera 625?
p. C. 587

Descripsi et ectypum sumpsi. Higuera *historia de Toledo* ms. 3 f. 29 (inde Tamayo martyrol. 2 p. 615); Nasarre *polygraphia* f. XIX in tab.; Florez *Esp. sagr.* 2, 25 a Mayansio et 5, 196. 215 in tab. a Palomare delineata (quae tamen diversa est ab eiusdem tab. 8 in polygraphia ms.); Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Terreros *paleografia* p. 122 (inde Masdeu 9, 11, 1); Merino *paleogr. Esp.* p. 47 tab. 5, Bayér in ed. Marianae Valentina 2 [1785] p. 544; Cornide ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 32.

3 DIE PRIMO Hig., Nas., Flor. male. 8 Ultimum aerae elementum (quod supra in textu non bene repraesentatur; est autem paene evanidum) ego quoque cum Palomare et Bayéro v, non x (ut Merino et Cornide), esse credidi; tamen negandum non est recte Merinum observasse posse illud facile esse x male formatam, cum v talis formae praesto non sit. Si aera fuisse statuatur 630, quales inde difficultates oriantur, Bayérus exposuit nec meum est hoc loco diiudicare.

---

156 Toleti (*Toledo*), ad portam coenobii S. Clementis, transverse posita. Litterae videntur esse saeculi octavi nonive.

[Chris]tus I(esus)? [e]st mihi verum mane perenne

Palomares *polygraphia* ms. tab. 10, 2 (inde Terreros *paleografia* p. 122; e Terr. Masdeu 9, 426, 1). Aliunde non novi. Initium incertum; videtur tamen versus ex carmine desumptus; *mane* pro *manna* positum est.

---

157 *Rielves* prope Toletum.

L. ET C.II.
VS ARCADIVS VIXIT
ANNOS SEPTE ET RE
QVIEVERVNT IN PACE IIII ·
NONAS DECEMB · ET · FVERVNT
SERVI SANC. VINCENTI MARTERIS

Laborde *mosaique d' Italica* p. 101. Sine dubio antiqua est (saeculi fortasse sexti), sed neglegenter excepta. Initio fortasse ita supplenda: ..... *vixit annos*] *L et* [*d(ies)*] *II* [*Flavi*]*us Arcadius* cet.

In *Layos* (*provincia de Toledo, a dos leguas sudoeste de T.*) sarcophagus christianus rep. est a. 1655, cuius facies a. 1754 translata est Toletum in sacristiam ecclesiae S. Dominici *el Real*, ubi extat.

Alter sarcophagus christianus detectus est prope *Layos* a. 1627, postea ad *Burguillos* delatus, a. 1862 Matritum, ubi in aedibus academiae historicae depositus est.

Comes de Mora *historia de Toledo* [1654] p. 227; A. Guerra *tres sarcofagos cristianos* (*monumentos arquitectonicos de España*) p. 4 sqq.

Digitized by Google

158 In parietinis oratorii christiani in valle *Guadamur* prope *Guarrazar* rep. a. 1859; tabula **marmorea grandis**, servata in bibliotheca publica Matritensi.





Quisquis hunc tabule | [lustra]ris titulum huius, |
[Ecce] locum respice, situm | [perquire v]icinum.
Malui abere | [sacrum loc]um | [sacer ipse minister].
Annis sexsa[ginta p]eregi tempora | [vite]. |
5 *[Fune]re perfunctum s(an)c(t)is | [com]mendo tuendum.*
[Ut cu]m flamma vorax ve[n]iet comburere terras, |
Co[ti]bus s(an)c(t)orum merito | sociatus resurgam. |
Hic vite cursu anno finito | Crispinus
Pr(e)sb(y)t(er) peccator | in Chr(ist)i pace quiesco.
10 *Era DCC cu[m] | XXXI* aera 731
p. C. 693

Descripsi et ectypum sumpsi, unde edidi in **annall. philol.** novis a. 1862 p. 571 ex parte supplementis **usus, quae** proposuerant Aurelianus Guerra et Ioh. Eugenius Hartzenbusch academici Matritenses; Ios. Amator de los Rios *el arte latino bizantino en España* cet. [1861] p. 171.

In lacuna versuum complurium inter v. 7 et 8 nihil usquam scriptum erat; consulto vacua relicta est, ut tabula aequabiliter inscripta sit.

2 [lege]ris *Rios*. 3 [Linque] locum, respice *Hispani*. 5 [Hic tumul]um *Hispani*; poteris etiam iungere *situm [perquire. Vi]cinum malui abere [sacris loc]um.* **Vv. 5—7** mutuatos esse Hispani observaverunt ex Eugenii Toletani (sive regis Chindasvinthi) carmine in Recibergam reginam, Chindasvinthi uxorem (opera patrum Toletanorum vol. I Matriti 1782 p. 33), in quo leguntur versus hi:

Hinc ego, te, coniux, quia vincere fata nequivi,
Funere perfunctam sanctis commendo tuendam,
Ut cum flamma vorax veniet comburere terras
Coetibus ipsorum merito sociata resurgas.

V. 5 ante *commendo* excidit sive potius omissa est a Crispino *me* praepositio necessaria.

V. 10 aeram ideo potissimum non putaverim fuisse DCCLVXXXI, quod item legi potest (quanquam insolenter sane dictum esset), quia tam litterarum forma quam lingua non videntur quadrare in saeculum octavum medium.

159—163 In eodem oratorio *de Guadamur* repertus est a. 1858 thesaurus regum Visigothorum, ad quem pertinent coronae aureae pensiles gemmis, margaritis, crucibus, litteris pendentibus ornatae, quarum duae (n. 159 et 160) servantur Parisiis in museo thermarum sive Cluniacensi, reliquae Matriti in bibliotheca publica.

159 Corona maxima, crux pendens sine litteris

† RECCESVINTHVS REX OFFERET p. C. 649—672

160 Corona minor sine litteris, crux pendens ita inscripta

† IN DI NOMINE OFFERET SONNICA SCE MARIE IN SORBACES

Digitized by Google

161 Corona tertia, his litteris pendentibus ornata

† SVINTHILANVS REX OFFERET p. C. 621—631

162 Corona quarta, litteris pendentibus

† OFFERET MVNVSCVLVM SCO STEPHANO THEODOSIVS ABBA

163 Crux aurea, a parte postica ita inscripta

† IN NOMINE DNI IN NOMINE SCI:

OFFERET I ICE PIVS:+

In nomine d(omi)ni, in nomine s(an)c(t)i offeret Luce? pius

De ratione, qua thesaurus hic insignis inventus sit, fusc exposui in annal. philol. novis a. 1862 p. 569 sqq. (cf. acta acad. Berol. a. 1861 p. 545); hic sufficiat breviter tantum eos nominare, qui praeter me ediderunt. Sunt autem hi: *Bulletin de la société des Antiquaires de France* a. 1859 d. 2 Febr.; Sommerard in *le monde illustré* a. 1859 d. 19 Febr. (et in catalogo musei Cluniacensis [Parisiis 1861] p. 350 sqq. n. 3113. 3121); Lavoi in *l'illustration* diei eiusdem; Darcel *gazette des beaux arts* a. 1859 d. 1 Mart.; Hadr. de Longpérier *revue archéologique* 4, 1861 p. 72; Ferd. de Lasteyrie *description du trésor de Guarrazar accompagnée de recherches sur toutes les questions qui s'y rattachent* Parisiis 1860 4. cum tabulis chromolithographis quattuor; E. Desjardins *comptes rendus de l'ac. des inscr. et belles lettres* 5, 1861 p. 136 sq.; Albertus Way *journal of the archaeological institute of Great Britain and Ireland* 16, 1859 p. 253 sq. et 18, 1861 p. 369 sq.; Ios. Amator de los Rios *el arte latino-bizantino y las coronas visigodas de Guarrazar* Matriti 1861 4. cum tabulis aeri incisis sex; idem in *monumentos arquitectonicos de España* fascic. 21 cum tabula elegantissima colores omnes exhibente.

Praeterea haec adnoto. Coronae primae titulum Longpérier restituit ex litteris singularibus sine ordine servatis. In coronae secundae titulo utrum *Sonnica* viri an feminae nomen sit non liquet. Ecclesiae nomen explicuit Lasteyrie probabiliter; a sorbo enim sorbacium derivari potuit, ut sorbarium derivatum est (in Ios. Laur. Luccensis Amalthea onomastica Lugduni 1664 p. 627); ita *S. Maria in sorbaces* (*sorbacius?*) Francogallis fere fuerit *Notre-dame-des-cormiers*, ut extat ecclesia quaedam in Gallia dicta *Saint-Aubin-du-cormier* (*départ. Ille-et-Vilaine*). Potest hoc fuisse nomen oratorii *de Guadamur*; sed cum in eodem etiam S. Stephano aliquid oblatum sit (n. 162), neque certum sit coronas illas inde ab initio ibi fuisse, ubi inventae sunt, nomen in incerto relinquere praestat.

In coronae tertiae titulo litterae punctis infra scriptis notatae inventae sunt pendentes suis locis; unde facile erat reliquas vel collocare vel supplere.

Abba formā in coronae quartae titulo sollemnis est in eius aevi titulis.

Crucis n. 163 lectio incerta est, ipsam autem videre non potui; habui tituli apographum ab Emanuele Oliver factum, quod praestat edito in libro Iosephi Amatoris de los Rios. Legerunt *offeret Lucetius* aut *in nomine sancti Luce* [Lucae] *offeret Pius*. Fuit fortasse *offeret Tuge* [Tuga nomen est inter Visigothos] *pius*; sed nihil definio, antequam exemplum melius editum est.

Ceterum coronas votivas pensiles offerre in usu erat etiam apud Langobardos et Francos, ut docuerunt Lasteyrie et Rios exemplis allatis. Eiusdem generis est corona regis Agilulfi ferrea servata Monzae in Lombardia, cui inscriptum est

† *Agilulf grat. di. vir. glor. rex totius Ital. offeret sco Iohanni Baptiste in ecla Modicia*

Cf. Frisi *memorie storiche de Monza* Mediolani 1794 1 p. 93 tab. 7. Coronam aeream eiusdem generis ita inscriptam

HERCVLANVS BOTVM SOLBIT A + ω ET

in Liverpool Angliae servat Mayer aurifex (cf. Desjardins *comptes rendus de l'acad. des inscr. et belles lettres* 5, 1861 p. 144), quam vidi.

Digitized by Google

164—170 In colle *la Cabeza del Griego* dicto prope *Uclés* et *Sahelices* inter effossiones ab a. 1760 usque ad a. 1790 institutas (cf. C. I. L. 2 p. 419 sq.) detecta est etiam aedicula christiana operis tectonici non mali, cuius ornamenta tempus Visigothorum aperte indicant; lapides non pauci ornati erant monogrammate christiano hoc

164 intra sertum laureum cum piscibus, columbis, pavonibus.

Ioh. Anton. Fernandez *noticia de Cabeza del Griego* ms. [1790] p. 25. 76; Francisc. Xav. de Santiago Palomares *dibujos de las antiguedades de Cabeza del Griego* ms. f. 116; Cornide *memorias de la Real Academia de la historia* 3. 1799 p. 177 sq. tab. 4, 2. Intra aediculam reperti sunt lapides inscripti qui sequuntur sex hi.

165 Tabula magna lapidea fracta in partes sex, quarum tres repertae sunt a. 1760, reliquae a. 1790 intra aediculam christianam omnes.



Sefronius tegetur | *tomolo — antestis* | *in isto,* |
Quem rapuit po|*pulis — mors ini*|*mica suis.* |
Qui mer[*itam*] *— sanc*(*to*) | *perag*[*ens i*]*n cor*|*p*[*ore vit*]*am,* |
Credetur etheriae — | *lucis habere diem.* |
5 *Hunc cause mese*|*rum — hunc querunt* | *vota dolentum,* |
Quos aluit semper voce | *manu lacrimis.* |
Quem sibi non sobu . . . | *privabit trans*[*itus is*]*te,* |
. . . . . *um quaeritur* | . . . . . *isse malum.*

[*Recessit in pace sub d*(*ie*)] *VI kal*(*endas*) *Iul*(*ias*)
10 [*era DCCX*]*VIII* aera 718 p. C. 680?

Ioh. Anton. Fernandez *noticia* ms. p. 35 et 97; Inc. Capistrano de Moya *excavaciones de C. del G.* [1792] ms. f. 57, ed. p. 10 (inde pendet Masdeu 10, 332, 2 et 17, 412, 27); Palomares *dibujos* f. 124 (eius exemplum propono); Cornide *memorias* 3 p. 199 tab. 9, 2.

V. 3 et 7 supplementa praevivit Masdeu, qui etiam v. 8 supplere studuit variis modis, probabili nullo. In *sobu* latere credidit aut *sobuli* (soboli) aut *sobitus* (subitus). Versuum partes simili sono finitas notavi vv. 1—5; in reliquis non observantur. Ceterum Sefronium hunc non putant diversum esse a Simpronio secundum conciliorum subscriptiones episcopo Ercavicensi inter annos 677 et 686; tamen Sefronius propius ad Sophronii nomen accedit, quam ad Sempronii.

166 Tabulae marmoreae duae in aedicula rep. a. 1789.



hic sunt sepulcra sanctorum
ill(*ustrium?*) *Nigrinus episc*(*opus*), *Sefronius episc*(*opus*)

Ioh. Anton. Fernandez *noticia* ms. p. 34; Inc. Capistrano *excavaciones* ms. f. 62, ed. p. 24. 50. 61 (inde Trággia *aparato à la historia de Aragon* 2 p. 317; Masdeu 10, 332, 2; 17, 411, 26); Palomares *dibujos* ms. f. 94. 1; Cornide *memorias* 3 p. 198 tab. 9, 1.

De 15 cf. n. 80. 85. 90.

Digitized by Google

167 Servata in aedibus Iacobi Capistrano, litteris prorsus similibus atque praecedens (*Pal.*).



? [*hic*[9] *sunt sepulcra*] *sacerdotum*
. . . . . *Caonius*? *episc*(*opus*)

Ioh. Anton. Fernandez *noticia* ms. p. 75 et 154 qui fragmenta duo recte coniunxit; Iac. Capistrano *excavaciones* ms. f. 64. 85, ed. p. 30. 98 (Trággia *aparato à la historia de Aragon* 2 p. 301; Masdeu 17, 409, 21); Palomares *dibujos* ms. f. 123, 6. 7 qui non vidit fragmenta esse tituli eiusdem; Cornide *memorias* 3 p. 201 tab. 9, 4.

Caonius nomen singulare clare videtur scriptum esse.

168 In sarcophago rep. intra aediculam, in latere dextro.



. . *fe* . . . . . /
. . . . . *l* . . *e* . . *sub die*
? *dol* . . *ha d*(*e*)*i* *idus*
in pace *Novembr*(*es*)

Ioh. Anton. Fernandez *noticia* ms. p. 33; Iac. Capistrano *excavaciones* ms. f. 67, ed. p. 40 (Masdeu 17, 410, 23); Palomares *dibujos* ms. f. 123, 5; Cornide omisit.

Digitized by Google

169 Lapis quadratus (altus *media vara*, latus *un palmo*) operis tectonici, inscriptus in parte antica et supra litteris male formatis et quasi scariphatis, neque unius temporis.

a *Onoratus ibi? antis(tes)?*
deo credat . . . . . .
obedi . . . . . .
ba . et m . . . . . .
5 *o e . . . ed . . . . . .*
t

b *mn . . . . . .*
pr . . b . . . e . . . (presbyter?)
super oves c . . . re
agent a . . .
5 *n . . eclesia Chr(isti)?*
vibere

Ioh. Anton. Fernandez *noticia* ms. f. 75 et in tab. ad p. 155; Iac. Capistrano *excaracciones* ms. f. 64 v., ed. p. 32 (inde Masdeu 17, 411, 25); Palomares *dibujos* ms. f. 121 n. 8; Cornide *memorias* 3 p. 200 tab. 9, 3.

a 1 ONORATVS BITA.. Cap. 3 OQAD Cap. 4 R Cap. (omissis reliquis).
b 1. 2 ME... | PRI.... Cap. 4 ..AC.. NC..AL.. Cap. 5 AEQLESIAM Cap.
Sunt fortasse reliquiae carminis.

170 In aedicula rep. iuxta n. 169, fragmentum longum *mas de un palmo y menos de ancho*, litteris male incisis similibus atque praecedens.



n *promissam . . ic*
rursus et iniusf]or . . ?

Ioh. Anton. Fernandez *noticia* ms. p. 154; Iac. Capistrano *excaccaciones* ms. f. 64 v., ed. p. 32 (Masdeu 17, 410, 24); Palomares *dibujos* ms. f. 121, 9; Cornide *memorias* 3 p. 202 tab. 9, 5 et 6 duobus exemplis, quae non vidit eiusdem esse tituli; prius paullo plenius ita exhibetur

NIROM PS IIM S IO
RVRSVS STINIR OR

Tamen hic quoque Palomarem sequi tutius visum est.

Digitized by Google

171 In Granatula pago in fragmento lapidis muro templi iuxta ianuam imposito extrinsecus; lapis dicitur Oreto, quae nunc est S. Maria de Sucheta, huc esse translatus *Mam.* Similiter *Mor.*

Mam.:	*Mor.:*
SACERDOS	////////////// SACERDOS OCCVR-
SCC . VRBI	RIT AMATOR ETATIS SVE XLIII
AMAIOR ETALIIS	//// DIE ID. FEBRV ERA DCLII
SVÆ XLIIII	/// FELICITER II · SISEBVTI REGIS
5 ANNO DIE MENS FEBRV ORD	EPISCOPATVS AN · I · ET MEN · X 5
A DCLII FELICITER SISIBVTI	////////////T IN PACE AMEN

Mameranus a Lucemburgo [e. a. 1530] ms. f. 2; Morales *coron.* 2 f. 113 v. (inde Loaysa collectio conciliorum [1593] p. 322; Tamayo martyrol. 1 p. 40; Florez *Esp. sagr.* 7 p. 260; Masdeu 9, 249, 1); Vargas Ponce in schedis acad. Matrit. vol. 57 (*Est.* 6, 57) descriptam ut ait a Iosepho Pares medico; eius autem exemplum cum Moralis omnino convenit.

Mamerani exemplum imperfectum (scilicet festinanter puto exceptum) in universum Moralis lectionem confirmat. Masdeu ita fere supplevit non sine probabilitate:

[*Pontifici Christo*] *sacerdos occurrit Amator*
etatis sue XLIII [*sub*] *die id*(*us*) *Febru*(*arias*)
era DCLII [*anno*] *feliciter II Sisebuti regis* aera 652
episcopatus an(*no*) *I et men*(*sibus*) *X.* p. C. 614
5 [*Requiesca*]*t in pace. Amen.*

Initio fortasse desunt versus complures.

172 *Baylén*, in muro prope portam occidentalem castelli. Nescio num adhuc extet. Tabula longa *cerca de dos varas*, alta *una tercia* (*Pal.*).



† *In n*(*o*)*m*(*in*)*e d*(*omi*)*ni Locuber ao si indignnus abba fecit* | *et duos coros ic construxit et sacra*|*te sunt s*(*an*)*c*(*t*)*orum d*(*e*)*i eglesie pridie idus Ma*[*ias era DCC*]*XXVIIII quarto* aera 729
regno glo(*rioso*) *d*(*omi*)*ni n*(*o*)*s*(*tr*)*i Egicani* p. C. 691

Jimena *obispos de Jaen* [1654; sed scriptus est liber a. 1644] p. 60 vv. aliter divisis (inde Nasarre *polygraphia* ad f. XVIII v. n. 2; Masdeu 9, 464, 1); Rus Puerta *historia de Jaen* ms. [1646] 7, 5 eodem exemplo; Velazquez ms. Matrit. vol. 13 q. v. et delineavit; Palomares *polygraphia* ms. tab. 10, 1 cui miserunt amici a. 1764. Eius exemplum omnium optimum in tabula propono. Puncta in eius exemplo ubique adspersa non intellego.

V. 4 dimidiatum ita exhibet Jimena: MA| STA^ XXVIIII QVARTO e. q. s., Velazquez vero sic MA|TEX XXVIIII QVARTO. REGNO (pro *regni*) scriptum est errore quadratarii.

Quartus Egicani annus creditur esse 691, qui quadrat in aeram 729. Eum autem numerum lacuna apicesque litterarum servati admittunt. Nomen hominis est *Locuber*, dicitque se *ac si* (i. e. *etsi*) *indignum abbatem* (aedem puto) fecisse. Similiter in appendicis titulo (n. 244*c*) a. 980 *abba* quidam *acsi indignus* nominatur. Hispani de *Locuberacsi* nominis monstro cogitaverunt male. *Abba* forma sollemnis est, ut dixi supra ad n. 162.

173 Tugiae (*Toya*), in turris castelli parte septentrionali.



Francisc. Lain in schedis acad. Matritensis *Est.* 18, 62 qui se descripsisse affirmat a. 1818. Potest non plena esse, quanquam lapis videtur integer esse.

Titulum imperatorium fortasse Elagabali et Severi Alexandri Tugiensem C. I. L. 2 n. 3328 a Francisco Lain qui edidit perperam pro christiano habitum esse ibi dixi.

Titulum christianum saeculi octavi intra *Jaen* et Cazlonam a. 1862 reperit Emanuel de Góngora misitque Aureliano Guerra; a quo nondum accepi.

Digitized by Google

174 Tabulae marmoreae duae, quae extabant *en la Torre de Ninches*, leugam et dimidiam a Vivatia (*Baëza*; cf. C. I. L. 2 p. 449) versus meridiem ad Baetis ripam; altera muro inserta, altera in scalis iacet; repertae esse **dicuntur** in loco dicto *el cerro Seron*, quartam leugae partem a *Ninches* in Baetis ripa meridionali.

a
X IN oS TVMVLoS QVo
S · CERNITIS · REQVIE o
IN PACE FAMVLV
S · DEI · TELEMACIO K SA
VIXIT ANoS XVIII · M
ANSIT · IN oNoREM · DIA
CONII ANNoS SEX · FK
S KI · DECEM ET · oCTo

b est sepulcri tabula postmodo nominibus **defuncti** inscribenda.

† IN NoMINE DNI
IN oS TVMVLOS
QVOS CERNITIS

† *In os tumulos, quos cernitis, requie(scit) in pace famulus dei Telemacio pr(esbiter) sa(nctissimus)?, vixit anos XLVIIII, mansit in onorem diaconii annos sex, pr(e)s(bite)ri(i) decem et octo*

† *In nomine d(omi)ni in os tumulos quos cernitis* . . . . . .

Jimena *anales de Jaen* [1654] p. 88 (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Cardenas *noticias* ms. f. sine numero; **Masdeu** 9, 472, 11) qui *b* integram esse affirmat; Rus Puerta *historia de Jaen* ms. f. 32 exemplo vix diverso. **Litterarum** formam non duxi imitandam esse, cum Jimena et Rus in his minime sibi constarent.

4 FK SA Rus. 6. 7 NACONII Rus. 7. 8 FK | S·KF Jim., FK | S·KI Rus. Videtur adscribenda esse saeculo **septimo**.

175 Acci (*Guadix*), in basis Magniae Urbicae (C. I. L. 2, 3394), repertae a. 1808, postica parte et duobus **lateribus**.



in facie:

a *In nomine d(omi)ni sacra[a | es]t eclesia domne Me . . . . | c]rucis die terf[io id]|us Maias an[n]u decimo et qu[arto | re]gno gloriosis[simoru]m dominor(um) n(ost)ror(um)*

p. C. 655? *[Chim]da]ecindi et Recciswi[n-di | re]gum quinto deci[mo | po]ntificatus san[ctissi]m]i Iusti episco[pi*

in latere sinistro:

b *Recondite sunt io relig[uiae de | cruore d[omi]ni, s(an)c(t)i babile, s(anc)te s[indonis?, | de] pane d(omi)ni, s(an)c(t)e Paule, s(an)c(t)i Es[tephani?, | de] cruce d(omi)ni, de sepulcro [d(omini), | de v]este d(omini), s(an)c(t)e crucis, s(an)c(t)i Iu[sti?, | s(an)c(t)i] Felici Gerundensis, s(an)c(t)i And[reae, | s(an)c(t)i V]ocati, s(an)c(t)i Clementi, s(an)c(t)or(um) T[... (sive P[...), | ? Ma]rite, Martial[is | ...m dormiente sine e... | Servea[s]..te Protas[ii..., | s(an)c(t)e] crucis, s(an)c(t)i Iu[stini? | ..., s(an)c(t)i Saturnini, s(an)c(t)e [Ius?]]tine, s(an)c(t)or(um) Ferre...., | Eul]alie, s(an)c(t)i Iusti et Pasto[ri,*

in latere dextro:

c *s(an)]c(t)orum Facundi, P[ri]|mitivi, s(an)c(t)e Leuc[adie, | s(an)c(t)i] Saturnini, s(an)c(t)i | Iusti e]t Pastori, s(an)c-[(t)i . . . | . . . ori*

Digitized by Google

Descripsi et ectypum sumpsi (unde dedi in tabula); Ios. Lucas in actis academiae Matritensis 7, 1832 p. XXIV (reliqui editores tituli Magniae Urbicae christianos hos omiserunt).

a 4 ANN|V videtur integre servatum esse, pro *anno*. Tamen Chindasvindus et Reccisvindus vulgo undecim tantum annos una creduntur regnasse (ab a. 641 ad a. 652); vix autem alius cuiusdam aerae annus decimus potuit indicari una cum quarto regum illorum.

b 2 Quid sanctum *habite* fuerit nondum inveni; de *bavilo* certe pro *baiulo* et de *bavilia*, quae Ducangius recenset, cogitari nequit. Potest vero etiam latere nomen sancti alicuius, fortasse *Baudili* martyris Nemausensis qui memoratur supra n. 57 et in titulo arcae sanctae Orctensis n. 255. In fine latet nomen aut sanctae alicuius perquam breve aut rei sanctae ab *s* littera incipientis, fortasse *sindonis dominicae*, cf. infra n. 255 v. 7. 4 Observa crucem redire his v. 5 et 11. 5 Cum *sancto* illo *Iu*[*sto*] cf. *ecus Iu*[*stinus*?] v. 11; item *sci Iustus et Pastor* v. 14 et *c* 4. 8 [*Ma*]*rite*, si recte supplevi, fortasse positum est pro *Marte*; ut v. 10 *Servas*[*i*]*te*, ut videtur, pro *Servaste* (an pro *Servasti*?). 9 Quae lateant ignoro. 12 *Seus Saturninus* redit *c* v. 3.

De *Felici b* v. 6 et *Pastori c* v. 4 genetivis cf. n. 88. 186. Observa martyres omnino non nominatos esse in hoc titulo.

---

176 Carthagine (*Cartagena*) rep. a. 1698 intra coenobium S. Mariae *de las Mercedes*. Usque ad a. 1756 servata prope fontem S. Catharinae, postea in arcu portae urbis, quae dicitur *la puerta de Madrid*, nunc in pergula aedium publicarum. Est tabula marmorea magna litteris bonis; puncta inter singula verba hic illic posita fortasse addita sunt tempore recentiore.

Quisquis ardua turrium miraris culmina vestibulumq(ue) urbis duplici porta firmatum, dextra lecaq(ue) binos porticos arcos, quibus superum ponitur camera curva convexaq(ue): Comenciolus sic haec iussit patricius, missus a Mauricio Aug(usto) contra hostes barbaros, magnus virtute magister mil(itum) Spaniae.
Sic semper Hispania tali rectore laetetur
dum poli rotantur dumq(ue) sol circuit orbem.
Ann(o) VIII (octavo) Aug(usti), ind(ictione) VIII (octava) p. C. 589/590

Descripsi et ectypum reportavi, quod supra repraesentatum est; unde edidi C. I. L. 2 n. 3420. Nasarre prolog. ad Stephani Terreros palaeographiam, cui miserat Montanaro a. 1739 (inde Noguera in editione Valentina Marianae 2, 1785 p. 140 et in prologo); Talamanco ms. acad. Matrit. X 113 f. 38 v. (inde Florez *Esp. sagr* 5, 61); Anonymus ms. bibl. acad. Olisip. *gar.* 18 *maço* 6); Lumiares *inscripciones de Carthago nova* [1796] p. 73, 27 aeri incisam (ab eodem habuit Masdeu 9, 148, 1).

4 SVPERVM PONITVR Mommseno visum est corrigendum esse in *superimponitur*; sed fortasse *quibus superum* barbare dictum est pro *super quibus*. In A littera CONVEXAQ. vocabuli superest hastae perpendicularis vestigium; quadratarius enim errore antea inciderat CONVEXIQ. 5 Quadratarius primum HAEICI IVSSIT dederat; hastae autem illae duae consulto postea deletae sunt.

Ex iis, quae adnotavi in sylloge maiore, excerpsi maxime necessaria haec.

Mauricius imperator regnare coepit d. 13 Aug. a. 582; itaque annus eius octavus incipit d. 13 Aug. a. 589. Indicationes a kalendis Septembribus incipiunt (raro iam inde a saeculo sexto medio kalendis Ianuariis; Rossi inscr. Christ. urbis Romae 1 p. C); itaque titulus incisus est post d. 13 Aug. a. 589 et ante d. 13 Aug. a. 590. De Comenciolo cf. Theophylactus 2, 10 et alibi passim; Evagrius 6, 15; Gibbon *decline and fall* cet. cap. 46; Clinton fasti Romani 2, 151 sq. Anno 589 is in Thraciam missus est; inde tituli origo referenda ad huius ipsius anni partem alteram, inde a d. 13 Aug. Comitiolus, a S. Gregorio magno (epist. 8, 19; 2 p. 909 ed. Benedict.) Maurentio magistro militum commendatus, a Comenciolo diversus est (cf. Comitiolus excubitor apud eundem Gregorium epist. 10, 5). Hostes barbari qui fuerint ignoramus; Visigothos Hispani existimant, Mauros alii. Litterae singulares cruci appositae quid significent ignotum est.

Digitized by Google

177 In Carthagine nova extabat in vico qui ad ecclesiam maiorem ducebat in muro, qui est ex adverso domus Hieronymae de Cardenas *Tal.* Postea in muro '*de la casa de los Santos*' *Sol., Loz.* Extat in pergula aedium publicarum, sed alte collocata et coloribus nuper impositis tecta.

† VNER ANAR	ὑπὲρ ἀναπαύσεως κ(αὶ)
K SEOTERIAS ϹΨ	σ[ε]ωτηρίας τ(ῆ)ς μακα-
MAKARIAS KR	ρίας κ(υ)ρίν(ε) Κιτούρας
IE KITOVRAS †	

Descripsi ut potui adiutus telescopio. Fr. Ioh. Talamanco *inscripciones de Cartagena* ms. [c. a. 1730] (inde Florez in vita a Francisco Mendez edita p. 243); Fr. Francisc. Ximenez *diario de Tunez* ms. 2 [1735] f. 163 v. male et non integram; Leander Soler *Cartagena illustrada* 1 [1777] p. 104, item Ioh. Lozano *Bastitania e Contestania* 4 [1794] p. 296 'ex schedis Nicol. Montanaro' (ex iisdem Velazquez ms. Matrit. vol. 62 *Est.* 22, 100 s. l.); comes de Lumiares *inscripciones de* Carthago nova p. 112, 49.

V. 4 litteras duas priores ego vix distinxi, reliqui autem viderunt omnes.

178 Inter Carthaginienses.

Θ ω M C
Y I ω S C C
T E Φ A N
O Y Є N Ϡ A
5 Є T T A H R ω
Ϡ H M Є T A Є I
P H N · H C M Є
N I M Є T O
∘ A ∘ ∘
†
∘ ∘ ∘ †

Abrah. de Bibran in schedis Lugdunensibus f. 44 v. (in Liegnitzensibus non vidi) servavit solus.

Puto legendum esse Θωμᾶς υἱὸς Ἐντεφάνου ἐνθα ἐταφώθη μετὰ εἰρήνης. Μίμετο ...

179 Fragmentum Carthagine repertum in effossionibus ad portum institutis.



Anonymus *antiguedades de Cartagena* ms. bibl. acad. Olisiponensis *gav.* 18 *maço* 6.

180 In portu *Almazarron* prope Carthaginem novam rep. a. 1837, in tabula marmorea iuxta sarcophagum rudem reperta.

D
columba A ☧ ω columba
SYAGRYS ////////////
XPI · VIXI ANN////
5 PLVS M'////////
SCRITVS IN PACE
X KAL MARTIAS

D..... Syagr[iu]s [famulus] Chr(ist)i vixi[t] ann[os] plus m[inus .... depos]itus in pace .. X kal(endas) Martias .....

Cyprianus de Clemencin descriptam ab Augustino Juan Maurandi misit academiae Matritensi *Est.* 18, 55 (inde mentionem eius fecit Miñana *diccionario geografico* 11 [1829] p. 47 neque vero adscripsit).

V. 1 fortasse superest ex titulo pagano antiquiore a formula solita D · M incipiente. In fine deest indicatio aerae. Videtur fuisse saeculi sexti septimive.

181 *Cehegin*, in muro aediculae S. Marae *de la soledad*, in angulo versus orientem contra portam.

† ...H.... CIVITA
EPS · CONSECRAVIT ⊖ ⊕ ⊕
HANC BASELICAM

Paul. Eman. Ortega *descripcion de Cehegin* [c. a. 1750] ms. bibl. acad. Matrit. E 166 f. 150 v.

De aetate nihil potest definiri; puto tamen aliquanto recentiorem esse saeculo quinto sextove.

182 In portu *de las Aguilas* prope Lucentum (*Alicante*) reperta.

AVRELIVS PVIR REC
ANN·XII FIDELIIS ☧
SARRARVI
RES·A MA
IISI

Aurelius pu[e]r rec(essit) ann(orum) XII fidel[i]s Chr(isti). Sarra Ruirega? ma[ter .....

Hellin (*Murcia*) sarcophagus christianus rep. a. 1834, servatus Matriti in aedibus academiae historicae.

Memorias de la academia 8, 1852 p. XXIV; A. Guerra *tres sarcofagos cristianos* (*monumentos arquitectonicos de España*) p. 1 sqq.

Comes de Lumiares in schedis acad. Matrit. *Est.* 18, 55 et in libro impresso *barros Saguntinos* p. 31 tab. 4, 3 (inde Masdeu 9, 430, 8). Puto saeculi sexti esse.

Digitized by Google

183 In insula Baleari maiore (*Mayorca*), in territorio oppidi *Santa Maria*, tribus leugis a porta Palmae, in vinea quadam coenobii fratrum Augustinorum Palmensium detectae sunt m. Ian. a. 1833 parietinae aediculae christianae, cuius solum tegebat pavimentum tessellatum longum p. LXIV, latum p. XLII. Videntur fuisse exhibitae res variae ex biblica historia petitae singillatim in segmentis vel fasciis oblongis, quarum supersunt sex partim integrae, partim paene omnino destructae. Incipiebant ab introitu aediculae, possuntque fuisse usque ad apsidem altaris quadrangularem octo vel novem. Tectum sustinebant columnae vel pilae decem.



1. *animalia paradisi, cervi et leo*
2. ADAM EVA
   arbor
   Adam stans cum angue Eva stans
3. IOSephus ISMaelITES
   camelas ab homine ductus
   viri duo baculos ferentes
4. *titulus periit*
   fragmenta verorum quattuor
5. . . AT . . NA . . . . IOVDS
   caput hominis unius tantum superest
6. *pedes hominum duorum*
7. 8. *perierunt*

Ioach. Maria Bovér *noticia de los fragmentos de un pavimento de obra mosaica descubiertos en la isla de Mallorca* Palmae 1833 4. cum tabula delineata ab Alex. Sureda et incisa a Laur. Muntaner, quam dono accepi a Boverio.

Potest esse saeculi quinti sextive.

VII. CONVENTVS TARRACONENSIS.

184 Valentiae (*Valencia*) a. 1770 reperta sunt fragmenta haec in fundamentis domus alicuius prope ecclesiam S. Salvatoris, pone aedes publicas, ubi farinam appendunt, et fornacem vici *de la Yerva*, ad domum n. 3 insulae (*manzana*) n. 137.



hoc requiesc[it in] tumul[o . . . . . .
beatissimus . . . . . *ep(iscopu)s*
s(a)nc(t)e eclesie Valentin[e qui vix. ann(os) . . .
ep(iscopu)s autem annis . . . *[fuit*

Francisc. Perez Bayér in notis ad Marianae edit. Valentinam 2 [1785] p. 523 (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Masdeu 10, 331, 1) ex tabula aeri incisa, quam iussu Benedicti Escuder, rectoris urbis Valentinae, commentario ms. explicuit Augustinus Sales.

Fragmentum *b* fortasse collocandum ante *c*, ut contineat elementa [*requiesc*]*it in*; *d e* quo pertineant definire nequeo. Cum Sales de episcopo aliquo saeculi XIII cogitasset inepte, Bayérus recte adscripsit saeculo quinto sextove.

Digitized by Google

185 Valentiae (*Valencia*), in parte aversa tituli imperatoris Claudii Gothici (a. 269) C. I. L. 2 n. 3737 **legitur initium** tituli christiani hoc

☧ MAGIS

Descripsi. Mich. Cortes *boletin enciclopedico* a. 1853 p. 217. 219 aeri incisam dat. Titulus videtur coeptus tantum esse sculpi, nunquam vero absolutus.

---

186 Dertosae (*Tortosa*), olim in muro domus Francisci Gonzalez de las Barreras, *alguazil mayor*, in vico qui a platea S. Annae ad ecclesiam S. Iacobi ducit, postea in aedibus Antonii Cortes, deinde collocata in ipso muro aedificii novi ecclesiae cathedralis (ubi ego videre non potui propter instaurandi labores tum fieri coeptos). Textum subieci ita uti mihi visus sum legere adiutus exemplis doctorum Franco-Gallorum.



שלום על ישראל *astrum*
תקבר וזוה של סלליטא בת
יתירה ולקרא ברים שריתה יתר
לבשת נשמתה לחיי השלום והא
נשמה בצרור החיים אמן
שלום

IN NOMINE DOMINI *astrum, candelabrum.*
HIC EST MEMORIA VBI RE
QVIESCIT BENE MEMORIA
MELIOSA FILIA IVDANTI ET
C^VPAMARIES VIXIT AN
nos *vipi*NTI ET QVATTVOR
CVM PACE AMEN
ΙΝ ΩΝΩΜΙCΤΗ ΚΥ
ΩΔΕ ΕCΤΗΝ ΜΕ
ΜΑ^CΙΙΝ ΩΝΟΥ ΑΝΑ
ΠΗΛΙCΑΝ ΔΑΜΝΗΝ
ΠΡΟC ΜΕΛΙΟCΤΑ ΙΟΥΔΑΝΤ
ΙΟΥ ΝΗΙ ΚΥΡΑΜΑΡΕC ΖΗCΑΝΤΑ
ΕΤΥ ΕΙΚΟΤΙ ΤΕCΕΡΑ ΗΝ ΙΙ
ΕΡΥΜ ΤΕΛΥΤΙ

a latere hoc signum insculptum esse tentatur Cortes:

Descripsi ex ectypo gypseo Lutetiam misso et servato a. 1860 in bibliotheca instituti Francogallici. Anton. Cortes *historia de Tortosa* [1747] ms. f. 58; Ern. Renan et Edm. Le Blant *revue archéologique nouv. sér.* 2, 1860 p. 345 sqq. addita tabula aeri incisa suppleverunt et explicuerunt. Textum Hebraicum exhibeo a Renano lectum et transcriptum, nam Cortes signa tantum exhibet quae intellegi nequeunt, neque ipse, utpote linguae eius non gnarus, certi quidquam distinxi. Textus Latinus in universum certus est.

V. 10 nomen dedi ut legi, MELIOR FILIA Cortes, MELIOSA FILIA Le Bl. 11 CVI RAMARIES Cortes, CVIIAMARIES ego (q_ litera ita formatur ϥ). 13 AMA . . . . EAMATI Cortes male; quod Le Blant legit omnino veram est.

Graeca lectu paullo difficiliora sunt.

V. 14 . . . ω . . . ι . . ω . . ω . . HKV Cortes. 15 . . ω . . Δ . . ЄЄCHNME Cortes. ΜЄ|ΜΝΗ pro ΜΝΗΜΗ videtur positum esse errore quadratarii. 18 . . C . . ι . . ACHAHAIYAANT Cortes. 19 . . ^ . . ΟΝΚЄЄΜC Cortes. 20 . . ι . . . ι . . C . ΑΓЄCCOΘΗΙΣ Cortes.

Nomina tam filiae Hebraica quam matris admodum incertae lectionis esse adnotat Renan; *kira* visum ei est esse Graecum κυρία. Ceterum formulas saepius reperiri easdem, e. c. in titulis repertis Parisiis in via *Pierre Sarrazin* (*mém. de la soc. des antiquaires de France* vol. 22 p. 70 sqq.), quanquam tituli illi multo recentiores sint; ultimam earum petitam esse ex libro Samuelis 25, 29. V. 7 Pentalpha ornamenti tantum locum obtinere putat; candelabrum contra sollemne est in titulis Iudaeorum. V. 9 *benememoria* redit in titulis Gallicis, veluti apud Le Blant *inscr. chrét. de la Gaule* 1 p. 135. V. 11 ad Latinam nominis formam [*Quir*]*amaria*, cuius initium neque ex Hebraico neque ex Graeco restituitur, Le Blant contulit nomina Germanica, ut videtur, *Caramerus* in chronico Hugonis (in monum. Germaniae 8 p. 337) et *Charimeres* apud Gregorium Turonensem 9, 23; equidem magis puto cogitandum esse de *cyria* (i. e. κυρία) *Maria*, quanquam sane expectaveris *cyries Maries*. In Graecis Η pro ι et Ε positum est; ἐν ὀνόματι κυ(ρίου), ὧδε ἐστὴν μεμ[ο]ν (pro μνημεῖον), ὅπου (pro ὅπου) ἀνάπαυσιν

Digitized by Google

(pro ἀνεπαύσατο) πάμωνι[στος?] [Μελίτ]α Ἰουδαι[ίου καὶ Κυριακί]ας, ζήσ[ασα ἔτη κέκοσι] τίσαρα ἓν [εἰρήνῃ ἀωήν]. V. 17 πάμωνιστος vocabulum novum, ut videtur, cum ἀπάωστος et πάγχρηστος similiter usurpatis comparavit Le Blant, qui praeterea titulos Iudaeorum non paucos attulit alibi repertos ad saecula post Christum priora referendos.

Saeculi visa est tam Le Blantio quam mihi sexti fere exeuntis, ut sit vetustior quam persecutiones contra Iudaeos a Recaredo (a. 586) coeptas et deinde per saeculum septimum repetitas. Monogramma christianum in latere additum esse apparet posterius.

---

187 In *Vinebre* vico prope Dertosam sito rep. per Ioh. Martí agricolam. Ubi servetur non indicatur.



Anton. Cortes *historia de Tortosa* [1747] ms. f. 80 descriptam ab Hyacintho Gil, parocho vici *la Torre del Español*.

Apparet titulum trilinguem similem fuisse Dertosani n. 186.

---

188 Extra urbem Tarraconem (*Tarragona*).

HIC QVIEVIT
MESSOR IN PA
CE AN̄ · III · DIE
XIII KAL · DE
CEMBRIVM

Anton. Augustinus in adversariis ms. bibl. publ. Martit. Q 87 f. 89.

Aut septimi saeculi videtur esse aut recentioris alicuius, propter diei indicationem.

---

189 Extra urbem Tarraconem (*Tarragona*).

IN ISTO LOCO
SEPVLTVS ES
T EVTICIVS
PRESBITE
R CIVITATI
S ALBITA
NE

Anton. Augustinus in adversariis ms. bibl. publ. Matrit. Q 87 f. 89, litteris minoribus ab aliis acceptam. Idem adnotat v. 6. 7 ab aliis lectum esse AEDIT|ANE. Civitas Albitana illa qualis fuerit ignoro; *Albi* oppidum hodie est situm in via Tarracone Ilerdam, octo fere a Tarracone leugis (Madoz 1 p. 325). De locis variis in Gallaecia *Albite* dictis (Madoz 1 p. 327) non videtur cogitari posse. Aetatis videtur esse fere eiusdem atque praecedens.

---

190 Egarae (*Tarrasa* prope Barcinonem) mensa altaris maioris ecclesiae vetustae tecta est inscriptionibus innumeris scariphatis ibi a sacerdotibus puto laicisve inter saecula septimum et decimum; nomina potissimum continent eorum qui scripserunt, exempli causa

ACILA	*Agila*
AIÇO PBR DEI (?)	*Aigo presbyter dei?*
DEXTER PBR	*Dexter presbyter*
FROILA	*Froila*
GAMIUS *et* GAMIO	*Gamius, Gamio*
LAVTARIVL (?)	*Lautari . . .*
† RESVVENTVS HVNYR'C	*Rescentus Huniric?*
SALLOMON APATII (?)	*Sallomon a pat . . .*
SENA R	*Senator*
VVIDIGELVS (?)	*Widigelus?*
ZERIMVNDO	*Zerimundo*

Descripsi haec et multa praeterea, quae non intellexi.

---

191 *Torre de Breny* sepulcrum Romanum dicitur a *Manresa* distans lengam dimidiam. Titulus antiquus ei deest, sed inscriptum est tempore posteriore, fortasse saeculo octavo, hoc

ILGEIMOQVE
†

Andreas Simon Pontero misit academiae Matritensi a. 1752 ms. *Est.* 18, 56 delineatam accurate; tamen neque ille intellexit neque ego.

Digitized by Google

192 Gerundae, in tabella eburnea alta digitos quinque et lata tres ibi ab aratore quodam reperta, qui dedit patribus societatis Iesu Gerundensis; ab his accepit Ferdinandus Enriquez de Ribera dux de Alcalá, qui servabat a. 1622. Ab altera parte crucifixus erat, ab altera litterae hae

† HE SVNT RELIQVAE *sic*
SCI ROMANI > SCI
TOME MARTYRVM QVI
APVT GERVNDAM
CLAVIBVS TRANSFIXI
MARTIRIVM PASSI *sic*

Franciscus Pacheco *arte de la pintura* [1622] ed. Cruzada [Matriti 1866] 2 p. 342 (inde Nic. Antonio *censura de historias fabulosas* p. 275; Mayansius? Muratorio ms. Mutin. 21, 231) acceptam ab eo qui tum possedit. Testes sunt omnino fide digni, ut docet tam describendi quaedam neglegentia (v. 1 *reliquae*, 6 *martirium*), quam illud, quod sanctos illos Romanum et Thomam martyres Gerundae nemo tum certe noverat. Potest esse saeculi sexti septimive.

Digitized by Google

INSTRVMENTI DOMESTICI INSCRIPTIONES.

Digitized by Google

Digitized by Google

193 Tegulae repertae Arundae (*Gibraltar* apud Iosephum Salazar; '*en Benajoan' Conde*); Ilipae (*en el sitio llamado los Llanos*); Hispali (in sepulcreto detecto in horto palatii *de Sant Elmo*, olim servatae apud Nathanem *Wheterell*, nunc apud ducem *de Montpensier*); Astigi (apud Marianum Casaubon), aliisque Baeticae locis (in mus. Matrit.). Est anaglyphum in superficie tegulae.

BRACARI VI ☧ VAS CVM TVIS

Bracari vivas cum tuis

Descripsi exempla non pauca, alia ab amicis accepi depicta et edidi C. I. L. 2, 4967, 23; Conde *convers. Malag.* 2, 301.

---

194 *En Adamuz (prov. de Cordoba) en la calle de la fuente estaba un ladrillo que se halló en la huerta del Argamasilla menos de media legua de Adamuz hácia el Carpio, ... y tenia estas letras*

CAMILLA IN DEO DECEDIT E VITA

Alfáro apud Venegam ms. 8 f. 274 v. (inde C. I. L. 2, 4967, 23), qui addit Sixtum postea papam Generalissimum ordinis Franciscanorum titulum ibi inspexisse.

---

195 In Adamuz in Hispania in aedibus Garciae de Solis.

CAMILTES IN DEO ☧ LES HECCE ANNVS

Mur. 1849, 9 'e schedis P. Cattanei' (inde Masdeu 19, 427, 4; C. I. L. 2, 4967, 24). Cf. n. 194.

---

196 Tegula servata Ursone apud Dominicum de *Silos Estrada.*

CHIOM VIVAS ☧

Iosephus Oliver *viaje arquéologico* p. 58 (inde C. I. L. 2, 4967, 22).

197 Tegula rep. prope *Puente Genil, en el paraje de los Arroyos.*

A ☧ Ω

FELIX ASELLA

Oliver descripsit et edidit *viaje arqueológico* p. 43 (C. I. L. 2, 4967, 26).

---

198 Cordubae, *en la huerta de los aldabones*, tegulae ornatae ornamentis quaternis, quae ansis illis similia sunt quibus pulsantur ianuae; unde hortus nomen accepit, dicuntur enim ansae illae Hispanice ex Arabum lingua *aldabones* (∞).

∞ VAC ∞

☧ *Glauci?*

∞ GL ∞

Descripsi et ectypum reportavi (unde edidi C. I. L. 2, 4967, 27); Zevallos et Casas-Deza in schedis.

---

199 Lateres reperti prope *Sae Clara de Almodovar*, in sitio dicto *monte de Chaminé* (*Cenac.*); fortasse etiam Pace (*Salg.*)

LVPICVS

VIVIT

Cenaculo ms. Eborens. 1 n. 13 et 83; Salgado *monumentos Romanos em Portugal* [c. a. 1790] ms. 2 p. 41, 96 (inde Levy p. 240, 558) qui videtur pendere a Cenaculo.

---

200 *Sanlucar la mayor* in tegula grandi.

MACARI VOTO

Trigueros ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 74 e schedis Ioh. Matth. Gallegos. Cf. n. 193.

---

201 Cordubae, *ladrillo* in museo Bernardi *Gamez de Cabrera*, postea Leonardi *Cevallos* (ubi ego non vidi), *en cuyos lados se ves:*

EX · OF · LEONTI

in medio

Alfáro apud Venegam ms. 8 f. 372 v. (inde Mur. 498, 7 'ex schedis P. Cattanei', ex Mur. Masdeu 6, 174, 843; Cean p. 343; C. I. L. 2, 4967, 28).

Digitized by Google

202 Fernan Nuñez, in palatio ducis, tegula reperta a. 1855 *en la possesion del Plantonar*; in duobus lateribus (*a b*) litteris extantibus scriptum.

a EX OFF LEONTI

b MERC

Descripsi et edidi C. I. L. 2, 4967, 29.

---

203 Bujalance, tegulae repertae *en el olivar de Pero Alonso de Castro cerca de la fuen blanquilla.*

a MARCIANE

VIVAS IN

Marciane vivas in Christo

b SPES IN DEO

Morales *coron.* 2 f. 48 v.; Alfáro apud Venegam ms. 8 f. 264 v. (inde Mur. 1907, 9 'e schedis meis' qui unam inde effecit; e Mur. Masdeu 9, 426, 2. 3); Christoval de S. Antonio *colonia Betis* f. 22 (inde Cardenas *memorias* 1 f. 81 v.), qui *b* exempla dua paria, *a* alterum sic MARTIANE inscriptum (fortasse errore) profert. Ex reliquis ego C. I. L. 2, 4967, 40.

203*a* Italicae rep., servata Hispali in museo. Tegula christianis similis; in latere scriptum est litteris extantibus

VIFABC

Descripsi et ectypa sumpsi, neque vero intellexi.

203*b* Astigi apud Casaubonum, in latere tegulae grandis

in qua signum christianum

est,

scriptum litteris minutis:

ABMVIDSIBVIVIVNAS

Descripsi et ectypa sumpsi, sed nihil fere intellexi, praeterquam quod in fine esse videbatur *vivas*.

ANNVLI.

204 Caetobrigae rep., annulus aureus servatus apud regem Portugalliae Ludovicum.

Aloiosae vivas in

Descripsi et edidi C. I. L. 2, 4976, 29.

---

205 In gemma annuli aerei reperti in *Villaverde*, tribus ab Anticaria leugis, et servati in *Hardales* apud sacristanum.

FEBRVARIVS

EPISCOPVS

Velazquez ms. Matrit. vol. 25 cui dederunt Michael Ruiz Franciscanus et Emanuel Trabuco.

---

206 Annulus aureus rep. *en Talavera de la Reina, cuyo adorno ó pieza principal es un esagono atravesado por un alambre que se une à los estremos de una fuerte cadena que forma su brazo ó aro; à favor del espresado alambre jira el poligono referido y presenta una ú otra de sus caras, ocupando un ave el centro de las dos.* Scilicet intra hexagonum ab utraque parte avis est, in circuitu anticae inscriptio

EMANVEL *Emanuel*

posticae

RECCAREAO ·I· *Reccaredo*

Descripsi ex ectypis a Iac. Żobel mihi datis.

207 Cordubae rep. a. 1768, olim ibi apud Petrum de Estrada (Card.), nunc Matriti in bibliotheca publica.

† *A(urelii) Vincenti*

Descripsi et ectypum reportavi, unde edidi C. I. L. 2, 4976, 40; Cardenas *memorias* 1 f. 10.

---

208 Matriti in bibliotheca publica, in gemma rubra litteris extantibus.

OSNONC

OMINVE

XISESEO

Descripsi et edidi C. I. L. 2, 4976, 36. Verba esse sacrae scripturae (ev. Ioh. 19, 36 cf. 2 Mos. 12, 46) a Rossio monitus dixi C. I. L. 2 p. XLIX.

---

209 Annulus aereus rep. in loco *Atarfe* dictus inter Granatam et *Pinos de la Puente*, servat Gongora.

Góngora in ephemeridibus Granatensibus *la Alhambra* vol. 5, 1842 p. 132 sqq. tab. n. 4. Videtur pertinere ad tempus Visigothorum; verum nihil intellego.

Digitized by Google

APPENDIX

TITVLORVM RECENTIORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

I. LVSITANIA.

210 Prope Taviram (in agro Balsensi) in loco dicto *a fonte salgada* rep. et servata Tavirae apud Iosephum Franciscum Marques Freire.

† LIC REQVIESCVNT
MEBRA IVLANI EPISCOPI
QVI OBIIT DIE XII KBS APRLS
ERA XXIIII POST ·Ī·
QVESO LEGER EO ORARE
NON ABNVAS SIC XPM DM
PROTECTORE HABEAS

aera 1024
p. C. 986?

Hic requiescunt membra Iuliani episcopi, qui obiit die XII kalendas Apriles era XXIIII post millesimam. Queso, lector, pro eo orare non abnuas, sic Christum dominum protectorem habeas

Statius da Veiga Olisiponensis descripsit accurate mihique dedit. Iulianus videtur fuisse episcopus Hispalensis, nam Portugallenses eius nomine noti non sunt.

---

211 Crux lignea extans *na freguesia* S. Michaelis de Poiares, *termo de Villa Real.*

FE
G · ALFO
ME
O
ITARS · R
TC · ERVC
EH R

Argote in schedis Olisip. A 1, 24 f. 270 nescio a quo acceptam. Initio videntur latere talia *G(arsias) Alfo(nsi) me fecit*; in fine fortasse *era* indicatur.

212 In monasterio S. Iohannis *de Arnsia* prope *Celorico de Basto.*

V · F · D · MVNIVS MONIS H · I ·
IN SVO ASSISTERIO ERA MLXXII

aera 1072
p. C. 1034

Francisc. Xav. da Serra Craesbeck *memorias de Entre Doiro e Minho* ms. [1723] f. 129 (inde Argote ms. Olisip. A 1, 24 f. 271), qui recte solvit *r(enerabilis) f(rater) d(ominus) Munius Monis h(ic) i(acet)* cet.

II. BAETICA.

213 Badajoz, rep. a. 1520 iuxta ecclesiam cathedralem in fundamentis domus, quae erat Alvaris Perez Dosma canonici, deinde seminarii.

DESERIT FVNERA DANIEL ORRIDA
ATLETIS IVNGITVR RITE CELESTIBVS
NEXVS MILITIBVS QVI FVIT OPTIMVS
INMVNIS POPVLIS AC VENERABILIS
EN IACENT PRAESVLIS MEMBRA PVRIFICI
sic LISIMATHI ECCE TECTAQ CESPITE
EXCEPTVS SPIRITVS ARCE DOMINICA
sic PISCATOR OBIIT PRILVLA FERITVS
CORVSCO FRVITVR CAELITVS GAVDIO
OBTVTV DOMINI MENSE IANVARIO
PRECEPS DVCITVR AERAE MILLESIMO
IN ET TRICESIMO BIS QVATER ADDITO

aera 1038
p. C. 1000

Rodericus Dosma Delgado *discursos patrios de Badajoz* [1601] f. 42 (inde Aegidius Gonzalez Dávila *theatro eclesiastico de Badajoz* p. 16; Tamayo martyrol. 22 Mai. et 12 Sept.; Solano *historia de Badajoz* [1664] ms. cap. 5 § 3; Velazquez ms. Matrit. vol. 13 et 34; Florez *Esp. sagr.* 14 p. 255 qui de antiquitate omnino dubitat, non recte puto; Masdeu 9, 466, 3).

Acrostichon est DANIELIS EPISCOPI. Ad *piscatoris* v. 8 titulum cf. Matth. 4. 10 Marc. 1, 17.

Digitized by Google

214 *En Comares, 4½ leguas al norte de Malaga, en la solería de la cocina de una casa de la calle del Perdon* detexit a. 1855 *Berlanga* et Malacam secum abstulit, unde a. 1867 dono misit academiae Berolinensi, quae museo regio intulit, ubi servatur.



[Hic] recubat eximius — Samuel inlustrissimus,
[ele]gans forma decorus, — statura celsa commodus,
[q]ui canuit oficium — modulatio[ne?] carminum
blandensque corda pleviu(m) — cuntorum audientium.
5 *Vixitque annos numero — sex denos nempe et octo,*
visitatus a domino, — probatus in hoc seculo. †
Sic migrabit e seculo — die etenim Sabbato
dormibitque in domino — sepultus in hoc tumulo
ora diei tertia, — in era nungentesima aera 996
10 *sexta et [aet] dena[e] nobies, — nono k(a)l(en)d(a)s Decembres.* p. C. 958
Quisquis nobit suprafatum — hunc magnumque pr(e)sb(iteru)m,
mundum totum despiciad — et sese ipsum corrigad.

Descripsi et ectypum sumpsi. Berlanga *monumentos Malacitanos* p. 134. 3 CANV'IT ////// (OVILIVM?) Berl. 4 PIE VIV Berl. 6 Crux addita in margine recentior est. 10 litterae AET repetitae sunt errore lapicidae. 12 DESPICIA, DET SESE IPSVM COR IN CADO Berl. errore manifesto, qui vertit *puesto que el corazon viene a encerrarse en tan reducido espacio.*

---

215 Tabella marmorea rep. (ante a. 1585) *'en Malaga, entre aquellas grandes sierras, por el camino de Antequera, à mas de tres leguas, junto al arroyo que llaman Capera, cavando para la obra de un colmenar' Aldr., Mor.* Postea *'en el claustro del conveento de Sª Mª de la Vitoria' Ioh. Mor.*

IN HOC LOCO RECONDITVS — AMANSVINDV MONACVS
ONESTVS ET MAGNIFICVS — ET KARITATE FERVIDVS
QVI FVIT MENTE SOBRIVS — CHRISTI DEI EGREGIVS
PASTOR SVIQVE OBIBVS — SICVT BELLATOR FORTIBVS *sic*
5 REPELLIT MVNDI DELICIA — ANNOS VIBENS IN TEMPORE
QVATTVOR DENIS ET DVO — HABENSQVE IN CENOBIO
REQVIET IN HVNC TVMVLO — MIGRAVITQVE A SECVLO
CONLOCATVS IN GREMIO — CVM CONFESSORVM CETVO
KALENDAS IANVARIAS — DECIMO INTER TERTIAS
10 HORA PVLLORVMQVE CANTV — DORMIVIT DIE VENERIS
HOC ET IN ERA CENTIES — DECEM BISQVE DECIES aera 1020
REGNANTE NOSTRO DOMINO — IHESV CHRISTO ALTISSIMO p. C. 829

Aldrete *origen de la lengua Castellana* (Romae 1606 fol.) 3, 18 qui miserat Morali *coron.* 3 [1586] in fine. Ex altero utro pendent reliqui: Ioh. de Morales *epitome de la fundacion de los minimos de la provincia de Andalucia* (Matriti 1619) p. 457; Roa *Málaga y sus Santos* (Malacac 1622) f. 42 v.; Nasarre *prólogo à la biblioteca universal de Rodriguez* (Matriti 1729) f. 17 v. tab. 22 (inde Toustain et Tassin *nouveau traité de diplomatique* [Parisii 1756—1765] vol. 2 p. 653 tab. 21; Palomares *polygrafia* ms. tab. 12; Paluzie *paleografía Española* [Barcinone 1846] tab. 3); Velazquez ms. Matrit. vol. 13 et 58 (*Est.* 22, 96); Masdeu 9, 291, 4; Conde *conversaciones Malagueñas* 2 p. 298; Berlanga *monumentos Malacitanos* p. 129. Archetypi ligaturas puto solutas esse in exemplo.

Digitized by Google

216 Rep. c. a. 1838 *como à tres leguas al norte de Málaga en la hacienda de D. Juan Barreros nombrada de las Aves Marias, partido de Jotron.* Servabatur Malacae nescio ubi.

..... ardi altissimi
iudexq(ue) et pontifici et dibino nes .. (?)
conclusit vita terminum — tuum precepit debitu
media die sabbato — diebus sebtem Ienuario
hoc et in era centies — decem et (quattu)or decies aera 1040
et octabo in serie — conff[a]tos et in ordine. p. C. 1002

Descripsi ex ectypo a Berlanga dato. Berlanga *monumentos Malacitanos* [1864] p. 133.

---

217 Cordubae. Inter epigrammata Cypriani archipresbyteri.

SVPER TVMVLVM S · IOANIS CONFESSORIS
CARCERES ET DIRA IOANNES FERREA VINCLA
CHRISTI AMORE TVLIT HAC FVNCTVS IN AVLA QVIESCIT [p. C. 851?]

Morales *coron.* 3 f. 98 v. (inde Masden 9, 220, 2).

---

218 Cordubae.

EPITAPHIVM S(AN)C(T)I EVLOGII

a HIC RECVBAT LEPIDVS MARTIR DOCTORQVE REFVLGENS
AEVLOGIVS LVMEN DVLCE PER SAECVLA NOMEN
QVI ZELO FIDEI RVTILANS VIRTVTE PRIORVM
ACCENSIT ANIMOS MAGNO FVLGORE VIRORVM
5 HIC MACTE CELEBER LIBRIS PRECONATVS ET YMNIS
ET VITA RIGIDVS ET FINE SOLE CORVSCVS
QVI TEMNENS FLVIDA CONSCENDIT LVCIDA CAELI p. C. 868?
NEC MORTE PERIIT SED VIBIT SEDE PERHENNI
CREDITE QVESO MIHI VIBIT PER SAECVLA VIBIT
10 QVISQVIS CELESTI LETATVR GLORIA REGNI

ORATIO ALBARI.

b NVNC TE ROGO SANCTE RECOLAS VT NOMEN AMICI
QVEM TVA HIC TENVIT DVLCIS AMICITIA FIXVM
ALBARI EXTREMI QVI MVLTA CLADE REATI *sic*
INFECTVS VITIIS PERGIT PER DEVIA MVNDI
5 PREX TVA HVNC TENEAT LAPSVM AD PASCVA VITAE
VT SOLITE SANCTO DIGNO NECTATVR AMORE
QVO TIBI CONIVNCTVS MANSIT PER SECVLA CARVS
PRESTA DEVS DEORVM REGNANS PER SECVLIS AMEN *sic*

Codex Azagrae (v. supra n. 23*a*) f. 157 v. (inde Morales *coron.* 3 f. 138 v., vita S. Eulogii [in Eulogii operibus ed. Compluti a. 1474] f. 8 v. [unde repetitur in Corduba ill. et alibi]; opera patrum Toletanorum ed. Lorenzana vol. 2 [1785] p. 411), quem meum in usum depinxit Goicoechea.

a Inscriptio rubrica scripta est. EPITAGIVM cod. Litterae initiales rubrae sunt. 1 LAETVS Lorenzana. 5 MA'CTE cod. 6 VIGIDVS cod. indeque Lorenz., sed littera non satis clara est. 7 CELI cod. 9 SCTA cod. 10 GEA cod.

b Inscriptio item rubrica scripta. 1 $\overline{\text{SCE}}$ cod. 3 Q̄ (QVI) cod. MVLTA $\overline{\text{M}}$ cod. 4 PGIT PERGIT DEVIA cod. 6 $\overline{\text{SCO}}$ cod. 7 CHORVS Lorenz. 8 DEOY cod.

Digitized by Google

219 Cordubae.

Epitaphium quod isdem [sic; i. e. Cyprianus archipresbyter] in sepulcro d(omi)ni Samsonis edidit metro eroyco.

QVIS QVANTVSVE FVIT SAMSON CLARISSIMVS ABBA
CVIVS IN VRNA MANENT HAC SACRA MEMBRA IN AVLA
PERSONAT ESPERIO ILLIVS FAMINE FOTA
FLECTE DEVM PRECIBVS LECTOR NVNC FLECTE PEROROO
5 AETHERA VT CVLPIS VALEAT CONSCENDERE TERSIS
DISCESSIT LONGE NOTVS PLENVSQVE DIERVM
SEXTILIS NAMQVE MENSIS DIE VICESIMA PRIMA
SEXTILIS NAMQVE MENSIS PRIMO ET VICESIMO SOLE
ERA DCCCCXXVIII — aera 928 p. C. 890

Codex Azagrae f. 138 v. (inde Morales *coron.* 3 f. 169; ex hoc Masdeu 9, 288, 2).

Inscriptio rubrica scripta. Initialis prima tantum rubra est, reliquae nigrae. 1 QVANTVSNE cod. SANSON Mor. 2 SVB AVLA Mor. (INĀLA cod.). 3 FAMINE FOTA est, quam oratione sua fovit. 4 NVC cod. 5 VTI Mor. 6 PLENVSQ̄ cod. 6 NANQVE Mor. (NAMQ̄ cod.) 8 SEXTI NANQVE Mor.

---

220 Cordubae, rep. a. 1544 in suburbio dicto *los Marmolejos*; postea apud Moralem; deinde collocata in oratorio noviciorum coenobii S. Pauli, ubi videtur periisse. Tabula erat marmorea alta p. circiter duos, lata unum *plus* minus, in pavimento olim collocata indeque partim detrita.



[*E*] . . . . . *box quoque nostra*
Victrix [et turbas carnis] post ire sopitas
Genu . . . . . *[perag]ens truculentum*
Exc . . . . . *ri[s]que fecunda*
Nobis hic ebis . . . surip[e]re tentat. 5
In celo dehinc merita per secula vibens
Adiun[c]ta pollet curie sanctorum in arce.
Merc(r)ede pulso rutili sub sole coruscat
Ambiens sacri gloriam de merce cruoris,
Rex tribuit cui coronam per secla futura. 10
Tu itaque nutibus, martir, nos manda divinis.
Idem sub era nobies centum iugulatur aera 961
Sexagies et uno septem de kalendis p. C. 923
. . . . . *Aprilis*

Morales *coron.* 3 f. 205 v. et in S. Eulogii operibus (inde Mart. de Roa *antiguo principado de Cordoba* [1636] f. 68; Rus Puerta *historia de Jaen* vol. 2 [ms. a. 1646] f. 50; e Morale et Roa Florez *Esp. sagr.* 10, 472; Ximena *catalogo de los obispos de Jaen* [1654] p. 29); Velazquez ms. Matrit. vol. 13 a Petro Leonardo de Villa Zevallos q. v.; Nasarre *polygraphia* [1738] f. XVII v. tab. n. 1; Bayér *viaje* ms. f. 101 quem sequor additis ex Morale iis, quae Bayér non vidit.

Digitized by Google

221 Campana aenea reperta in comitatu *de Espiel* (*'un palmo en diametro, y aun no tanto en alto' Mor.*), tribus a Corduba leugis, servata olim in conventu S. Hieronymi Cordubensi (*Mor.*). postea apud Iosephum *de Jesus Muñoz* (*Sem.*). Nunc extat ibidem in museo provinciali. Litterae incavatae partem exteriorem fere mediam cingunt.



† *Offert hoc munus Samson abbatis in domum s(an)c(t)i Sabastiani martiris Chr(is)t(i)*
era DCCCCLXIII — aera 963 / p. C. 925

Descripsi et ectypum sumpsi, unde de lectione plane constat. Morales *coron.* 3 f. 152 v. (inde Jimena *obispos de Jaen* p. 52; Anonymus in *semanario pintoresco* 3, 1, 1843 p. 29); Velazquez ms. Matrit. vol. 13.

Morales numerum ita legit DCCC ET XIII, Velazquez inter DCCCCLXIII et DCCCCXCIII ambiguus haerebat; illud unice verum est.

Sabastianus formam habuimus supra n. 90.

---

222 Cordubae in ecclesia S. Andreae (*Mor.*), postea in museo *Zevallos*.

Hic Speciosa condita — | simul cubat cum filia
Tra(n)quilla, sacra virgine,
5 *Quae novies centesima — | quintaq(ue) sexagesima* — aera 965
Iera subivit funera; — p. C. 927
Postq(uam) mater millesima — | quarta recessit ultima — aera 1004 / p. C. 966

Descripsi et ectypum sumpsi. Morales *coron.* 3 f. 218; Leonardus de Villa Zevallos in schedis Venegae Cordubensibus 8 f. 357; Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Ponz *viaje* 17 p. 35; Nasarre *polygraphia* [1738] f. 17 v. tab. n. 4; Bayér *viaje* ms. f. 96.

V. 7 observa *iera* formam distincte ita scriptam; ERA reliqui, TERA Nasarre.

---

223 Tabula marmorea rep. a. 1729 in pago *el Monedero* dicto leugas tres et dimidiam a Corduba et dimidiam a *Nava de Serrano* in montibus *sierra Moreno* per Franciscum Ruiz parochum Cordubensem, qui dono dedit Petro Leonardo *de Villa Zevallos*, in cuius museo servatur. In parte antica legitur titulus Cordubensis, ut quam maxime est veri-

Digitized by Google

simile, Postumii Aciliani C. I. L. 2 n. 2213. Cum locus etiam *Rojana* nomen gerat, Bravo ibi fuisse monasterium S. Martini *de Rojana* coniecit. Tabulam Corduba illuc asportatam esse non caret probabilitate.

Clari tecta — antestis Martini q(u)oq(ue) membra
Hic bustorum sacra — more pontif(icis) et aula,
Qui Chr(ist)o famulans petiit vitam adolescens
Monasticam pollenq(ue) regulariter egit.
Astigitanam episcopii rexit in arce
Ecclesiam; ad eroae latus [e]st ilico, nempe
Resende *Evora* [1553] c. 10 (Hisp. ill. 2 p. 979) et in antiquitatum appendice a Vasconcello edita p. 40 (inde Morales *coron.* 2 f. 65; Grut. 1053, 9; Britto ed. I 2 f. 181 v.; Fr. Antonius da Purificação *chronica dos eremitas de S. Agostinho* 1 f. 176 v.; Scaliger de emend. temp. ed. I f. 218; e Scal. Reinesius 20, 450; Florez *Esp. sagr.* 14, 120; Masdeu 9, 248, 1); Cenaculo ms. Ebor. n. 13 qui descripsit a. 1782.

Suspicionem movent tam *episcopus ecclesiae Eborensis* vocabula insolita quam *h. situs est* formula pagana a titulis christianis in universum aliena; ut Resendio soli, qui in lapide videtur finxisse, talia non crediderim.

2* Ut collocaretur Pace in ecclesia S. Marinae *da feira* titulum hunc

Tiberius presbit. servus dei vixit | annos LXXXIV requievit in pace d. idib. | Septemb. era DCCCXCIII

Fr. Franciscus de Oliveira confecit a. 1749 (inde Cardoso *diccionario geographico* 2 p. 124).

3* Villa Viçosa in ecclesia S. Iacobi.

soli deo | honor et | gloria | in secula | seculorum | amen | μονος | ο θεος | σοφος

Memorias da academia de Lisboa Ser. II P. 1 1843 p. 97. A Resendio posita esse creditur.

4* Prope Elvas reperta.

A † ω
PAVLVS REQVIEVIT
IN PACE DNI XIIII
KAL · APRILI ERA
DLXXXII aera 582
p. C. 544

Cardoso *agiologio* 2 p. 162 'ex Higuerae libro claro de Lusitania 2 cap. 17'.

Quanquam ignoro num Higuera ille idem sit atque Hieronymus Romanus de la Higuera Iesuita famosus (cf. C. I. L. 2 praef. p. XVII, 44), tamen hunc titulum falsum esse quam maxime probabile est.

5* Helvis (*Elvas*) in Lusitania in domo privata tabula fracta.

. . . . . .
INSIGNEM · PARVO . . .
MANS · CARMINE · AMOR . . .
REQ · IN · PACE · D · XIIII · KAL . . .
MART · ERA · DLXXXII aera 582
p. C. 544

Resende antiq. [1593] p. 228 (inde Grut. 1062, 4; Anonymus *antiquidades d'Elvas* f. 161 v.; Masdeu 9, 473, 1 qui versum ita supplevit *insignem parvo mansurum carmine amorem*).

Quanquam per se non offendit, tamen propter Resendii malam fidem seposui inter suspectas.

6* Olisipone supra portam principalem S. Marinae (*S. Marinha*).

era CCCCXII fuit ecclesia ista consecrata II idus decembris aera 412
p. C. 374

Antonius Coelho Gasco *antiquidades de Lisboa* [1630] ms. p. 419. Noviciam esse apparet.

Digitized by Google

7* Visaei in Lusitania.

hic requiescit rudericus
ultimus rex Gothorum

Ex chronicis vetustis Sebastiani Salmanticensis, Lucae Tudensis, Roderici Toletani Beuter *cronica de Valencia* [1546] 1 p. 161; item Morales *coron.* 2 f. 203 qui verba quae sequuntur *maledictus furor impius* ad *in eternum putrescet* non epitaphii esse, sed Roderici Toletani observavit recte; Strada p. 176, 5 cum additamento; Tamayo de Vargas ad Luitprandum p. 115 sine additamento; Fr. Thomas ab Incarnatione historia ecclesiae Lusitanae 2 [1759] p. 136 cum additamento.

Falsam esse demonstratione non eget.

8* Cáceres, in vico *de Moros*, contra vicum S. Dominici, in muro.

XLEOITVS HOMVDVI

Masdeu 19, 625, 2157; Constanzo *lápidas de Cáceres* [1800] ms. p. 32 qui explicare studet ineptissime. Videtur novicia esse.

9* Caperae, *cerca da matriz.*

✠ | ambrosius famul. dei | episcopus
Caperren|sis an. LI requievit | in pace
obiit e(ra) CCCLI — aera 351
p. C. 313

Cardoso *agiologio* 2 p. 749 'ex Higuerae libro de Lusitania'. Cf. n. 4*.

10* Caperae.

m. iul. eps. caper

Cardoso *agiologio* 2 p. 749 ex eodem fonte. *Marcus Iulius episcopus Caperensis*'.

11* Prope Santibañez, dioecesis Salmanticensis, in aedicula S. Iohannis *en las sierras de Miranda del Castañal* versus confinia dioecesis Civitatis Roderici, in variis fragmentis antiquae ecclesiae in opere instaurato adhibitis.

[omnipotens] ingressum nostrum respice clemens.
[quisquis servus accesserit] abeat filius.
[mens pia iuvabit] ibique quod poposcerit impetrabit.
[Theobaldo] foelici quondam comiti Belgicae t. n. y...
imp(erator) C(arolus) M(artellus) rex pepulit.
honor Galliae. anno DCCXXIII — a. 723

Morales *coron.* 3 f. 26 (inde Masdeu 9, 157, 1) qui supplevit et explicuit de Theobaldo Grimoaldi filio.

Ut non negaverim fragmenta illa titulorum extitisse, ita eius illa aetatis esse non credo.

12* Caesarobrigae (*Talavera la vieja*) ara marmorea parva, alta ped. 2, lata 1, in cuius parte anteriore titulus profanus videtur fuisse insculptus et postea consulto deletus, rep. c. a. 1742 in aedibus eius qui servabat Sebastiani Rufo Morgado parochi Talaverensis.

Vincentius | Sabina . et | Cristeta | in ac civitate | Eburae nati | fuerant et Vincentius inclus | in carcere pat. coe

Ignatius de Hermosilla *noticias de las ruinas de Talavera la vieja* ms. [1762] f. 215 et in *memorias de la real academia de la historia* 1 [1796] p. 350 tab. III fig. *O* (inde Ponz *viaje* 7 p. 82); Ios. Cornide ibid. p. 392 qui ambo damnant praecunte Augusto Francisco Fornér antiquitatum Estremadurae iudice subtili, utpote fictam in lapide ab ipso Morgado, ut antiquam Eborae Lusitaniae et Talaverae contentionem, utra Elbora esset (cf. Resendii epistola ad Barthol. Kebedium Hisp. ill. 2 p. 1003 sqq.), dirimeret.

13* Niebla in pariete ecclesiae parochialis S. Martini.

terrenum corpus coelestis spiritus in me
quo repetente suam sedem nunc vivimus illic
et fruitur superis aeterna luce fabatus

Caro *Sevilla* f. 217 v., *inser.* ms. f. 1 v. (inde Sanchez Sobrino *viage topografico* p. 56; A. Delgado *bosquejo de Niebla* ms. f. 18; A. Guerra *tres sarcofagos cristianos* (*monumentos arquitectonicos de España* p. 2; cf. supra p. 49 post n. 157). Caro ipse adnotat idem epigramma extare in libro epigrammatum veterum (i. e. lac. Mazochi) p. 105 (inde Grut. 772, 8 'extra oppidum Rignani in aede S. Abundi); unde hoc, quod Hispani voluerunt esse aut hominis christiani aut sancti alicuius, puto fictum esse in lapide, si quidem re vera extat.

14* Frejenal, in presbyterio ecclesiae S. Annae.

ꟷ · ꟷ · ꟷ
AR · LA[illegible]
TI · EMOFIF

Masdeu 9, 213, 1 cui miserunt Ioach. Cid Carrascal et Antonius Santaella academici Hispalenses. Anno 713 adscribit Masdeu, qui mirificam interpretationem excogitavit. Visa est potius mediae quam dicunt aetatis esse.

15* Almendral (quattuor ab Olivença leugis versus meridiem et orientem), in ecclesia S. Magdalenae; lapis novus est, sed titulus ex antiquo repetitus.

hic requiescit corpus | beati mauri abbatis — (a. 563)

Yepes *cronica general de la orden de S. Benito* 1 f. 348 (inde Masdeu 9, 206, 1; Madoz *diccionario geografico* 2 p. 95).

Digitized by Google

16* Loco non indicato, in tabula marmorea.

presul honoratus successerat hic isidoro
hispalis illius ossa beata tenet.
iamque IX lustris gaudens dnm vita maneret
spiritus astra tenet, corpus in urna iacet.
vita fuit melior lingua, sed lingua modesta.
nunc ovat, hostiles nec timet ille minas.
obiit idem pontifex prid. id. novemb. era DCLXXIX aera 679
in honore vixit ann. V mens. VI p. C. 641

Tamayo martyrol. 2 p. 190. Ficta ex n. 65.

17* Hispali.

requievit in pace florentius vir sanctus
die VII kalendas martias vixit annis LIII
et depositus est die III idus martias era
DXXIII aera 523
p. C. 485

Caro ad Dextrum f. 219 v. (inde Tamayo martyrol. 2 p. 188 magis interpolatam; Padilla *historia eclesiastica* 1 f. 384; a Tamayo servatam Masdeu 9, 205, 1 qui damnat, recte), qui ita videtur mutasse textum antiquiorem (Florez *Esp. sagr.* 9, 305) hunc *sanctus vir florentius quievit in pace XXIII februar. vixit autem an. LIII sepultus XV mart. an. dom. CDLXXXV*, ut fraudem apertam contegeret.

18* In *Alcalà de Guadaira.*

Eulalius famulus dei
vixit annos plus minus
XCIII recessit in pace
in era DCLIII aera 653
p. C. 615

Caro *Sevilla* f. 154 qui vidisse sese affirmat. Cum nemo postea viderit offendantque *in era* vocabula die non adiecto contra eius aetatis usum, de sinceritate dubitandum est tali auctore solo spondente.

19* In *Sanlucar la mayor.*

aedem. stim. eustachii
simulacro solis everso

Caro in additionibus ad chorographiam Hispalensem editis in *memorial historico Español* 1, 406 (inde Florez *Esp. sagr.* 9, 117; Trigueros ms. acad. Matrit. *Est.* 18, 74; Cean p. 282).

A Caro fictam esse certum est; cf. C. I. L. 2 n. 116*—120*.

20* Inter titulos ad *Jerez* pertinentes, *en casa de Alonso Galban, despues de Josef de Herdada, sirve de soleria en el cuerpo de enmedio de la casa.*

ESXSEI
BIDCTC
MESROF
BSVSIE
AII

Trigueros ms. Matrit. 18, 72 missam, ut ait, a Michaele Crespillo. Fortasse novicia (*esta sede dedicó ...?*); sed magis puto fictam ut pro christiana haberetur.

21* Carmone.

Ann(o) IV Recesvinti re(gis) felic(iter)
regn(antis) Carm(one) dei iudicio Ericus
occiso Agila c(omite) dictus est comes
die Veneris XXV Madi(as) [*sic*] era
DCLXXXX post adventum sp(i)r(i)t(us) aera 690
s(an)cti deo gratias p. C. 652

Trigueros ms. Matrit. 18, 65 qui lectionem tituli multis ligaturis scripti ipse adiecit. Ad *Madias* cf. n. 286 v. 4.

22* Carmone, inter titulos permultos, qui in fundamentis coenobii *de religiosas descalzas* humati iacent.

hic rekiexcit in domino n(ostro?) Gunde-
ricus abas iste cenobion serbom Chr(ist)i
qui recessit in alia bitam etas ann(orum)
XCVI cum bicsit istic ann(os) LXXX
mes(es) V dies XXVII era DCCCXI aera 811
die nonas Ianuarias anno de ecira CLVI p. C. 773
feria III. Ora pro illo.

Trigueros ms. Matrit. 18, 65 et in epistula ad nescio quem data, quam servat Emmanuel Williams Hispalensis, callidissime depictam; tamen quin ficta sit dubitari omnino nequit.

23* Carmone in tabula marmorea crassa digitos sex, longa varam unam, alta dimidiam, reperta in fundamentis domus alicuius prope *el gollon grande.*

hic requiescit in dno
famulus Chri. Iustus abas
[vix. a]nn. LX m. V d. III
[obi]it VI kl. iun. era DLXXXXI aera 591
p. C. 553

Trigueros ms. Matrit. 18, 65 qui non supplevit. Potest per se genuina esse; sed offendunt inter alia *abas* forma (pro eo quod esse solet *abba*) et forma lineolarum (∽) quae supra compendia scripturae positae sunt.

Digitized by Google

24* Carmone in muris oppidi pone domum eam, quae est iuxta fornacem *de Palomina*, prope ecclesiam S. Bartholomaei.



Trigueros *memorias de la academia Sevillana* 1, 1773 p. 317 tab. 3, 2.

Tabulam ex epistula Candidi Trigueros servata apud Emmanuelem Williams Hispalensem repetivi necessitate coactus, nam typis exprimi nequit neque quid significet indicat falsarius.

25* Uliae (*Montemayor*), *piedra pequeña de alabastro, que el Sr. Conde de Alcaudete embió al Sr. Conde de Feria entonces á Montilla, la qual se levó á Sevilla el Maestro Pedrosa.*

hic adiram iacet qui hanc civitatem ullam cum locis suis triginta gubernavit annos in pace

Franco *monumento* f. 97 (inde Augustinus adv. f. 80).

Est exemplum vix diversum ab eo, quod dedi C. I. L. 2 n. 139**a* (*hic iacet m. l. c. qui hanc civitatem ullam et populos suos XXX gubernavit annis in pace*). Adiram est Adoniram Salomonis praepositus vectigalium (1 Reg. 4, 16 cf. Sam. 20, 24); cf. titulus Saguntinus C. I. L. 2, 373* et quae ibi adnotavit Justus Olshausen. Unde hic quoque fortasse subesse putandus est titulus Hebraicus male intellectus.

26* Rute, in muris castelli, *en lo alto, colocado sobre un peñon.*

GCCCFXXV

Bravo *Betica* ms. 2 p. 98 (inde Ludovicus Maria Ramirez y de las Casas-Deza Cordubensis in schedis) qui ita exhibet DCCCXX et putat esse a. 820; verum ut dedi descripsit Aurelianus Guerra a. 1835, unde apparet potius indicari a. 1375.

27* Tabellarum plumbearum Sacri Montis prope Ilibern antiquiores tantum, i. e. fictas a. 1588—1598, neque eas plenas hic propono, spretis fraudibus recentioribus (saec. XVIII) ab Ioh. Flores Oddouz profectis.

a anno secundo neronis imp. calendis februari pasus est martirium in hoc .....tano divo cecilius sancti iacobi discipulus cet.

b anno secundo neronis imp. marci calendis pasus est martirium in hoc loco illipulitano electus ad hunc efectum sanctus hiscius apostoli iacobi discipulus cet.

c anno secundo neronis imperii calendis aprilis pasus est martirium in hoc loco illipulita.....us thesiphon dictus prius quam converteretur abenathar divi iacobi apostoli discipulus cet.

d corpus ustum divi mesitonis martiris. pasus est sub neronis imp. potentaur (*sic*)

e liber de esencia dei quem dibus thesiphon apostoli iacobi discipulus in sua naturali lingua arabica salomonis characteribus scripsit cet.

f liber fundamenti eclesie salomonis characteribus scriptus

Gregorius Lopez Madera *discursos de las reliquias de Granada* [1601] f. 3 v. (inde *b Journal d'un voyage de l'Espagne* [1669] p. 105; Caro *Sevilla* f. 99 v., ad Dextrum f. 23 v.; C. I. L. 2, 184*) laminis incisas. Repetuntur omnes *in* libro Vindiciae catholicae Granatenses [1706]. De fraudibus hisce exposui C. I. L. 2 p. 286 sq.

28* Reperta Urgavone hoc anno 1596.

beatus trit | ynstans fidem | var benit | d. s. zini. d. | s. b.

Higuera *historia de Toledo* ms. 2, 6, 11. Si quid subest genuini, quod non negaverim, interpolatione auctoris solita periit.

29*. 30* Servabantur insertae muris aediculae S. Potentianae prope *Villanueva de Andujar* (Isturgi); deinde translatae ad *Jaen* (Aurgi) in palatium episcopale. In eiusdem Villanuevae ecclesia lapidem fuisse inscriptum litteris solitis A Ж Ω ex eodem Siruela (f. 184) testatur *Trig.*

29*

ECFIBIXCO

hos gradiens dexterorum

30*

a latere:

R·O¦AN
ROEL
ΨARIGO

Trigueros in schedis Matritensibus 18, 74 ex Siruelae schedis f. 173'.

Etiamsi fortasse non fictae ab ipso Triguero, suspectae tamen antiquitatis vel propter litterarum formam.

Digitized by Google

31* Cippus rep. a. 1744 prope Eporam *en Buena Yerva en la cañada del Ancal.*

RMA

Cárdenas *noticias* ms. f. 8 v. *Roma?* Fortasse recentissima.

32* Cordubae rep. a. 1673 in ecclesia S. Iacobi.

corpus iacet hic roderici
remigi

Venegas ms. Cordub. 8, 356 et 369 'ex Alfaro'. Puto omnino recentem esse.

33* In ecclesia *de Cedofeita* prope Portum.

theodomir. rex. glorios. v. crexi et | construx. hoc monast. can. b. ang. | ad glor. d. et v. m. g. d. et b. | martini et fecit ita solemnit. sacrari ab lucret. ep. brac. et aliis | sub j. III. p. m. pridie idus nov. an. | d. DLIX post id. rex in hac eccles. | ab eod. ep. palam bapt. et fil. aria mir. cum magnat. suis et omnes | conversi ad fid. ob v. reg. et mirab. | in fil. ex sac. reliq. b. m. a galiis | eo reg. postul. translatis et hic | asservatis k. ian. an. d. DLX | p. C. 560
hanc inscript. an. MDLVI ex pervet. lapid. transscriptam ac in archiv. huius ecclesiae invent. opt. | par. mart. filii posuere | ann. MDCCLXVII

Rebello da Costa *descripcion do Porto* [1788] p. 93 aliique scriptores non pauci; damnavit olim Alexander Herculano apud comitem de Raczynski *les arts en Portugal* [Parisiis 1846 8.] p. 379 sqq.

34* Prope *Guimaraens.*

nomine iustorum quorum hic requiescunt membra sanctorum vincentii martini romani felicis stephani leucadiae columbae sabinae christetae et iustinae

Phil. de la Gándara *armas y triunfos de Galicia* ed. II 2 p. 287 (inde Masdeu 9, 217, 2).

35* In *Guimaraens* ad portam castelli a manu laeva.

VIA MARIS

Raph. Bluteau *vocabulario portuguez e latino* 4 [1712] p. 157 (inde Francisc. Xav. de Serra Craesbeck in schedis bibl. publ. Olisiponensis A 4, 28 qui non vidit).

Certo novicia.

36* In *Guimaraens*, reperta in parietinis templi, i. e. ecclesiae, veteris.

Ludov. Alvares de Figueiredo *noticias do arcebispado de Braga* 1 f. 136 v.

Fragmentum inutile seposui inter titulos novicios.

37* Prope *Guimaraens*, iuxta *as Vigas das Rebatas*, locus est, quem oppidum antiquum *Citania* dictum occupasse credunt antiquarii Portugallenses. Non longe abest mons dictus *monte Christello*, in quo extare traduntur tituli Romani vivae rupi inscripti (C. I. L. 2, 2409). In monte alio, dicto *o monte de S. Romão*, in confinio pagorum *de S. Perofins* et *de S. João de Eiris*, leugam dimidiam a rivis *Ave* et *Vizella* versus meridiem, lapis rotundus dicitur repertus esse una cum fragmento operis tectonici, quod aperte est saeculi quinti sextive, his litteris inscriptus in latere orientali

COS . NE Æ
P · S

in latere occidentali vero his

FIDV . . . HIC

38* Praeterea alius lapis inscriptus ita

XOH · 'CIVO

Francisc. Xav. de Serra Craesbeck *memorias resuscitadas de Entre Doiro e Minho* f. 34. 35. 36 (inde Argote *memorias do arcebispado de Braga* 2, 462. 467 ubi etiam Ludovici Alvares de Figueiredo relationes citat, in quibus ego certe non vidi).

Visi sibi sunt antiquarii Portugallenses oppidi illius veteris *aepiscopum* aliquem *fidum* hic deprehendere; de quo nihil definio, sed ut a sylloge titulorum paganorum hunc seclusi consulto, ita inter christianos quoque vix admiserim, donec denuo de reliquiis istis inquiratur. Praeterea in regionibus illis sive in vicinia dicuntur extitisse tituli alii praeterea rupibus inscripti atque anaglypha operis rudis. Ita Iohannes de Barros refert (*antiguedades de Entre Douro e Minho* a. 1549 ms. c. 13) prope *Ave* fluvium in termino S. Thyrsi (cf. C. I. L. 2, 2374) in loco deserto (*em huma deseza*) extare rupem (*um grande penedo de marmore*) inscriptam litteris ignotis (*ensima tem huns regas e louas que se não sabe determinar para que forão feitas*).

In loco *Valles* dioecesis S. Michaelis de Tresminas (cf. C. I. L. 2, 2389 sqq.) aediculae S. Mariae *dos prazeres* altare ornatum esse anaglyphis singularibus referunt Francisc. Xav. de Serra (*memorias de Entre Doiro e Minho* a. 1723 ms. f. 415) et Antonius de Souza Pinto (*noticias de Ancias* ms. f. 142 v.).

Denique etiam in territorio *de Ancias, comarca da Torre de Moncorvo* inter vicos *o Cachão da Ropa* et *Pesqueira*

Digitized by Google

dictos rupes dicitur extare *a Penha de alem Douro* dicta, quae signis et lineis et litteris inscripta sit. Extat de illa commentariolus Iosephi Macedo Rosales ad Antonium de Faria missus d. 25 m. Nov. a. 1725 inter schedas bibliothecae Olisiponensis (A 2, 10 in fine; 4, 26 f. 14; 4, 33 f. 176).

39* Bracarae in ecclesia maiore in aedicula S. Ouvidii (*sic*).

ossa beati auditi
episcopi

Ioh. de Barros *antiguedades de Entre Douro e Minho* [1549] ms. cap. 12.

Nescio cuius temporis.

40* In loco *Gralhas* dicto (qui ubi situs sit non indicatur), basis quadrata, cui crux imposita est.

NOHOEILVSNI–

Ludov. Alvares de Figueiredo *noticias do arcebispado de Braga* ms. 1 f. 132 v.

Puto noviciam esse.

41* *S. Pedro de Bayrro* (*termo de Vermoim e Faria*), in aedibus parochi.

Ludov. Alvares de Figueiredo *noticias do arcebispado de Braga* ms. 1 f. 88 (inde Argote antiq. Bracar. p. 277; Levy 277, 653).

Quid sit nescio; fortasse novicia est.

42* In via Romana *o Geres* dicta (quae erat via Bracara Asturicam tertia, C. I. L. 2 p. 639) loco quodam accuratius non indicato cum titulo Gothico hunc Latinum repertum esse (*reedificando Manoel de Araujo de Sousa e Castro huma torre*)

ENDVS CASTRORVM

Argote *memorias eclesiasticas de Braga* 3 [1744] p. 111 ex memoriali marchionis de Montebello scripto a. 1620 adnotat (inde Masdeu 5, 50, 104; Levy p. 8, 26 qui inde effecit GENIO CASTRORVM!). Titulus, siquis fuit omnino, novicius videtur fuisse.

43* Prope locum *Soutello*, leugam unam ab Aquis Flaviis (*Chaves*), in lapide grandi non sculpto.

III . NII3IRCA
IREI RI PRE
PRE – ORLO

Argote in schedis bibl. publ. Olisip. B 2, 34 f. 96 v. ex relatione Thomae de Távora e Abreu (indeque in *memorias do arcebispado de Braga* 2, 637).

Videtur ne christiana quidem saeculorum eorum, quae hic respicimus, sed novicia potius.

44* In *Rio Caldo* vico in confiniis Portugalliae et Hispaniae sito.

eumelia f. l. c. atil. sever. et cals. regul.
passa est in hoc loco calcedonens. in
persecutione adriani VII kal. aug. era
CLXXVIII aera 178
p. C. 140

Tamayo martyrol. 4 p. 261 et 413 ex Petri Seguini historia S. Servandi (quam constat ex Higuerae schedis sumpsisse Iosephum Pellicer, cf. C. I. L. 2 p. 352) indeque etiam Anton. Caiet. de Sousa *agiologio Lusitano* 4 p. 472. Locus Chalcedonensis ex Calchedone Bithyniae petitus in falsis chronicis Dextri et aliorum saepe commemoratur (cf. *Revista do Porto* 8, 1842 p. 514 sq.).

45* Iriae (*el Padron*).

+ domus episcoporum inchoavit Lucre-
tius VII episcopus perfecit andraea miro
r. s. er. DCX aera 610
p. C. 572

Aegid. Gonzalez Dávila *theatro de la iglesia de Santiago* (inde Gándara *armas y triunfos de Galicia* 1 p. 35; Huerta *anales de Galicia* 1 p. 412; Masdeu 9, 6, 3).

46* In *el Padron* (Iriae Flaviae) Gallaeciae.

agatius episcopus iriensis era CDLXXXVIII
aera 488 p. C. 450

Phil. de la Gándara *armas y triunfos de Galicia* [ed. II 1662] p. 46 (inde Masdeu 9, 248, 1).

Fictam esse apparet.

47*—50* In Castro S. Facundi Gallaeciae ad rivum *Ancho*, quam olim Arsaciam dictam esse volunt.

47* A ☧ ω hic iacet famulus dei facun-
dus miles qui vixit ann(os) plus mi-
nus LXXXVIII obiit in persec. adriani
d. non. Septemb. era CLXXIIII aera 174
p. C. 136

48* corpora ss. facundi et primitivi mar-
tyrum passi sunt in loco anceo phe-
beo arsacico galeciae prope flumen
ancei in IV persecut(ione) sub aur.
l. veri antoni era CCVI d. XXVIII aera 206
novembris p. C. 168

Digitized by Google

49* hic situs est ferrandus miles de genere
marcelli et primitivae reces. in pace
d. III kal. febr. er. CCCCLXXXVII aera 487
p. C. 449

50* ....siac b. f.

Tamayo martyrol. 6 p. 272 sq. (47*—49*); Phil. de la Gándara *armas y triunfos de Galicia* ed. II [1662] p. 54—56 ex Petri Seguini episcopi *de Orense* historia S. Servandi ficta ambo.

51* In monasterio S. Romani *de Hormisga* [*Hornija*], *en el cuerpo de la iglesia, en un poste quadrado, parte de el de piedras de marmol, y parte de otras.*

[i]n n. dni
h[i]c r. b. siste
ioannis
monachi
5 pecca-
tori

Velazquez ms. Matrit. *Est.* 12, 18 f. 126 ab manu ignota. Videtur recens esse; una traditur inscriptio sepulcri feminae mortuae in aera MCCLIX.

1 N.N.DN, 2 H.C.R.B.SISE traditur.

52* In monasterio S. Romani *de Hormisga* (*Hornija*) sepulcra regum nuper restaurata sunt additique tituli hi

reciberga chindasvin-
regina thus rex
requiescat in pace requiescat in pace

et additi versus Chindasvinthi ex Eugenii Toletani operibus (opera patr. Tolet. vol. I p. 20; Morales *coron.* 2 f. 138; Masdeu 9, 26, 7) desumpti

Si dare pro morte gemmas liquisset et aurum *cet.*

Francisc. Garcia Somolinos *semanario pintoresco* 4, 3 [1849] p. 275 sq.

53* *Tordesillas*, in *la capilla del rey Cindasvinto* extare dicuntur *unas letras a manera de versos de letra antiguos hechos en yesso y quebradas de manera que no se podian leer, y encima estan pintados los hechos del rey, y todo tan viejo, que apena se divisa.*

Velazquez ms. Matrit. *Est.* 12, 18 f. 127 a manu aliena.

54* In monasterio S. Petri *de Montes* (prope Asturicam), quod Rupianum dicitur.

in hoc coemeterij iacet loco insigne Valeri
corpus humo datum sed anima ad astra volatum.
adsumpsit sancta. nam sufficit gloria tanta
nostro hoc rupiano coenobio petrimontano.
5 implevit sepulcri cavas venerabilis abbas
era septingentena tribus additis ad tricenna,
mense februario die quominus in kalendario
si bene perpendas numeratur quinto kalendas
sequentis mensis, anno octavo egicanensis.

Tamayo martyrol. 1 p. 253 (inde editores Marianae Valentini 2 [1785] p. 305 qui recte damnant).

55* Legione, in ecclesia cathedrali.

hic requiescit fidelissimus christi ser-
vus pelagius legionensis episcopus era
MVI in mense augusti aera 1006
p. C. 968

Morales *coron.* 3 f. 253 v. (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Masdeu 9, 256, 3).

56* Ioannes Arzeus, Compostella rediens, Legione (*Leon*) civitate ulterioris Hispaniae, pro templi summi foribus in columna, longitudinis plus minus ped. XI, marmorea et elegantissima, quae inter duas veteres columnas eius templi fornicem sustinentes erat, scribit, sed non quibus litteris, Gothicisne an Romanis, insculpta se legisse haec duo verba:

LOCVS APPELLATIONIS

Est autem id templum cum primis elegans, eaque civitas sane vetus; cum nomen fortassis a Romanis legionibus habeat. Is igitur Arzeus refert, inscriptionis huius rationem cum quaereret a civibus unum respondisse: Gothorum aetate moribus receptum fuisse, ne cuiquam liceret ad aliud tribunal provocare, nisi primum ad illum columnae locum venisset multis praesentibus; ibique urna fracta, amphoravе figulina, quam manibus gestaret, testari se vel appellare provocareve ad aliud tribunal sive iudicium diceret. Huic autem, inquit Arzeus, ceteri assensere, sed, prae se ferant antiquitatem ista necne, an non vulgi figmenta sint, ambigit. Ludov. Lucena apud Metellum cod. Vatic. 6039, 29. Videtur profecta esse ex fabellis Pelagii episcopi Ovetensis (v. C. I. L. 2 p. 369). De usu illo Visigothorum cf. Helfferich *Westgothenrecht* p. 317.

57*—59* In *Valdecesar* loco quinque a Legione leugis.

57* arvas romanus dedit incendium castello curieni rebellis hisp.

58* polma desponsata viro canio secora... curie....

59* curienus superbus hisp. victor fuit centur. legio. Taria. tribuno fortunato imp. maxi. et diocle caes.

Velazquez ms. vol. 63 (*Est.* 26, 101) n. 57* et 58*; Masdeu 19, 672, 2205—2207.

Digitized by Google

60* In monasterio S. Iohannis *de Corias*, prope *Tineo* Asturiae oppidum.

sepulchrum regis beremundi et uxoris
dominae ozen|dae et infantissae dominae
christinae. translati a ciella † p. C. 797

Morales *coron.* 3 f. 49 (inde Yepes *cronica general de la orden de San Benito* 6 f. 17; Risco *Esp. sagr.* 37, 127; Masdeu 9, 45, 1).

61* Numantiae (i. e. Soriae) in oratorio S. Michaelis.

hic requiescit famulus dei | saturius qui
postquam vitam | per fere XXXVI an-
nos ere|miticam transegit miraculis |
clarus obdormivit in domino annorum
LXXV die VI non. octob. | era DC.VI aera 606
α ω p. C. 568

Tamayo martyrol. 5 p. 380 (inde Tutor *compendio historial de las dos Numancias*; Florez *Esp. sagr.* 7, 295) qui se accepisse refert acta Saturii a Thoma Herrera Augustiniano atque in actis illis titulum referri. Certo ficta.

62* Prope Laram in eremitae cuiusdam aedicula.

in nomine dni gunde|salvus et federi|cus
fecerunt | istam civitatem sub rege dno
ad|efonso in era DCCCC aera 900
p. C. 862

Memorial de S. Pedro de Arlanza ms. (inde Cornide ms. acad. Matrit. 18, 38); Sandoval *monasterios de San Benito* [1601] 2 p. 355 (inde Masdeu 9, 40, 1).
era DCCC *Sandoval.*

63*. 64* In monasterio S. Petri *de Cardeña*; tituli renovati a. 1541.

63* theodoricus infans sanctiae reginae
filius hic et obiit et conditus simulque
coenobium constructum era DLXXV aera 575
p. C. 537

64* regina catholica d. sanctia theodorici
italiae regis coniux prima quae mo-
nachos in iberiam vocabit et hoc con-
struxit coenobium obiit era DLXXX aera 580
p. C. 542

Berganza *antiguedades de España* [1719] 1 p. 38*b* et 39*b* (inde Sobreyra ms. Matrit. *Est.* 21, 114).
Certo fictae.

65* In monasterio S. Aemiliani (*San Millan*) *de la Cogulla*, tribus a *Nájera* leugis et a *Logroño* sex, sepulcrum fundatoris venerantur aperuerantque, ut ossa sancti inde exciperent, bis, a. 1067 primum, deinde a. 1601. atque in eo repererunt tabellam lapideam parvam ab utroque latere inscriptam ita

ab altero latere:
purgatissimi apostoliciq(ue) viri emiliani
corpus hic humatum iacet qi postq(uam)
eremiticam vitam multis annis egit et
clericalem tandem monasticam professus
sub regula admirabilis benedicti curam
gerens abbatialem obiit in dno clarus mi-
raculis et prophetie sp(iri)tu era DCXII aera 612
p. C. 574

ab altero:
natus est emilianus devotis parentibus
in opido vergegii et cum vigesimum an-
num attigisset relictis ovibus patris sui
spiritu sancto eum inspirante et dirigente
ad castellum bilibiense quod decem et
quinque milliaria a supra nominato opido
distat et duodecim a tricio adiit ut ma-
gisterio felicis confessoris uteretur

Praeterea in ipso sarcophago anaglyphum dicitur fuisse angeli tenentis librum, in quo scriptum erat
sanctissimus aemilianus monachus et ab-
bas sub regula sancti benedicti obiit
era DCXII

Yepes *cronica general de la orden de San Benito* 1 f. 263; Berganza *antiguedades de España* I p. 39*b* (ex his Velazquez ms. Matrit. vol. 34; Sobreyra ms. Matrit. 21, 114; Masdeu 9, 207, 4); Nasarre *polygraphia* f. XIX in tab.

Masdeu titulum a. 1067 sepulcro inditum esse posse negat, tamen magis putat re vera esse a. 574; mihi contra ne a. 1067 quidem, sed potius a. 1601 videtur esse fictus.

66* In Cantabria rep.

hic iacet corpus bilellae | servae Iesu
christi | obiit era CXV aera 115
p. C. 77

Mariana ed. a. 1599 p. 143; Gabriel de Henao *antiguedades de Cantabria* 1 [1689] p. 134 (ex Fr. Alphonsi Venero agiographia ms. [a. 1555]' (inde Florez *Esp. sagr.* 2, 129).

Mariana iam recte damnavit.

67* In monasterio S. Salvatoris *de Leyre* (Navarra).

a. 611 (*sic*) er(ae) aera 611
fulcherius me fecit p. C. 573

Yepes *cronica general de la orden de San Benito* 4 f. 76 (inde Masdeu 9, 150, 1 qui iam damnavit, recte).

Digitized by Google

68* Caesaraugustae.

hic requiescit in pace famulus dei | m.
maximus | caesar. augustanus episcopus |
obiit XV kal. octobr. era DCLIV | anno aera 654
V gloriosissimi regis sisebuti | vixit an- p. C. 616
nos circiter LXXII

Bivar ad Maximi chronicon [1651] addit. p. 9 (inde Tamayo martyrol. 5 p. 263).

69* *Aldea de Apies*, leugam unam ab Osca ad Pyrenaei radices, *en la calçada de la iglesia de S. Vicente Martir.*

MINVINYDENOZ

Ex schedis Lastanosae, qui descripsit a. 1634, mihi dedit Valent. Carderera Matritensis.

Potest multo recentior esse quam ea, quae hic collegi; unde posui inter incerta.

70* In monasterio S. Iohannis *de la Peña* prope Jaccam.

ego ioannes primus in hoc loco eremita
qui ob amorem dei spreto hoc saeculo
praesenti ut potui hanc ecclesiam fabri-
cavi in honorem s. iohannis baptistae et
hic requiesco amen c. a. 740

Ayasa *fondacion y excelencias de Huesca* [1619] p. 358 (inde Yepes *cronica de la orden de San Benito* 3 f. 10; Masdeu 9, 159, 3).

71* In monasterio S. Iohannis *de la Peña* Aragoniae.

hic requiescit indaletius I (i. e. primus) pontifex
urcitanae civitatis ordinatus a bb. apostolis romae

Tamayo martyrol. 2 p. 559 qui se habuisse refert ex relatione manuscripta Hebretni monachi Cluniacensis accepta ab Ioh. Andrea Uztarroz. Higuerae artificia facile agnosces.

72* Matriti rep. a. 1618 in claustro ecclesiae S. Mariae.

[do]min. bokatus indignus prs. | [anno
pr]imo et tertio regno domno rud(erici) |
[ulti]mi regum era DCCXXXV
aera 735
p. C. 697

Aegid. Gonzalez Dávila *teatro de las grandezas de Madrid* [1623] p. 224 (inde Quintana *historia de Madrid* p. 29; Velazquez ms. Matrit. vol. 34; Masdeu 9, 252, 5).

73* Toleti in portarum aditu (scriptum iussu regis Wambae).

Erexit fautore deo rex inclytus urbem
Wamba suae celebrem protendens gentis honorem

In memoriis quoque martyrum quas super easdem portarum turriculas titulavit, haec similiter exaravit (rex):

Vos sancti domini quorum hic praesentia fulget
Hanc urbem et plebem solito servate favore

Isidorus Pacensis chronicon § 21 apud Florez *Esp. sagr.* 8, 293 (inde Rodericus Toletanus Hisp. ill. 2 p. 59; Morales *coron.* 2 f. 170 v.; Mariana l. b. c. 14; Vasaeus chron. f. 108; Masdeu 9, 30, 1).

V. 3 Vos domini sancti *Roder. Tol., Mor.*

74* Toleti in ecclesia S. Leocadiae.

hac morieris, tulga, primae sub flore inventae †p. C. 641
qui multos annos vivere dignus eras.
indole praeclara ceu titan surgis in orbem,
in medio cursu stamina parca secat.
in te relligio micuit pietasque fidesque, 5
pauperibus largus iustitiaeque tenax.
annos qui numerat iuvenem te dixerit esse,
virtutes numerans dixerit esse senem.
te pueri lachrymis deflent iuvenesque senesque;
urbs toletana patrem te vocat esse suum. 10
ad meliora tuo regno rex regna vocaris,
pax ubi continua est et sine nube dies.
sorte sepulcrali, tulga, leocadia virgo
associata tibi est semper amica comes.
et comes in terris comes et super aethera fida 15
gaudet ubique tuo rex generose bono.
eriperis terris, princeps, ut sidera calces,
quam tibi virtutes expediere viam.

Ericus Pontoppidan gesta et vestigia Danorum extra Daniam cet. I [Lipsiae et Hafniae 1740 4.] p. 165 (inde Florez *medallas* 3 p. 249; Marianae ed. Valentina 2 [1785] p. 300; Masdeu 9, 22, 2) nescio unde.

75* Toleti, in ecclesia monachorum capucinorum, tituli duo picti tantum, ut videntur.

a a latere evangelii

en tumulatus iacet rex inclitus wamba
regnum contempsit anno DCLXXX
monachus obiit anno DCLXXXVII p. C. 687
e coenobio translatus ab alfonso X

b a latere epistulae

hic iacet tumulatus inclitus rex recesvintus
obiit anno DCLXXII p. C. 672

Ponz *viaje de España* 1 [ed. 2] p. 125 (inde Masdeu 9, 463, 2. 3) ubi adnotatur a cardinale Lorenzana titulos iterum restitutos esse et secundum ampliatum. De antiquitate autem Ponzius non videtur dubitasse.

76* *Cerca del rio Xavalon a dos leguas de Almagro (estuvo Oreto), donde tambien se hallo un titulo de Godos que dize*

ecclesia sancte marie oretane

Franco *monumento* f. 133 v. — Aliunde non novi.

Digitized by Google

77* Reperta inter parietinas Castulonis ad fluvii Parnassi (*sic*) ripam.

a ☧ o | hic est sepulc | uxor christi | eufemiae fili|ae senat. p. q. r. | ann. III diocl. pa|ssus est in calcedo|niae olim castul. xp | posunt xporum s. s.

Lopez Pinto *historia de Castulo* ms. p. 48. Falsam esse demonstratione non eget.

78* Tobarrae, *traida de cerca de la venta de Mercadillos.*

m. aurelio maximiano m. f. m. n. velia ob publicas utilitates et praesertim his similibus figuratum immaniss. draconem eius precib. interventu augustissimae virginis et martyris patronaeque victoriae res pub. turbulana optimo municipi meritissimoque patrono statuam equestrem d. d. p. iunio cassio c. valerio felice iivir. ovinio ii et mariliano coss.

Higuera *memorial por el qual consta que Santa Victoria romana cet. padeció martirio en — Tobarra la vieja* impr. s. a. foliorum 7, 4., quod possedit Lumiares, unde edidit *inscr. de Cartagena* p. 140 sqq. et damnavit. Ex C. I. L. 2, 359* hic repetivi, quia ad christianas antiquitates pertinet.

79* Tarracone in ecclesia cathedrali pone altare maius.

hic requiescit vir sanctissimus | ciprianus prime sedis tarraco|nensis civitatis episcopus | depositus in hunc tumulum | octavo kls maias in pace

Vidi et recentem, i. e. saeculi fere XV esse iudicavi. Pons de Icart *grandezas de Tarragona* [1572] f. 253 (inde Florez *Esp. sagr.* 25, 92) qui de antiquitate non videtur dubitavisse.

80* Barcinone in sepulcro regis Ataulphi.

bellipotens valida natus de gente gothorum
hic cum sex natis rex athaulphe iaces
ausus es hispanas primus descendere ad oras
quem comitabantur millia multa virum †p.C.416
gens tua tunc natos et te invidiosa peremit
quem post amplexa est barcino magna gemens

Strada p. 153, 7; Beuter *coronica de Valencia* [1538] ed. a. 1604 p. 150; Barreiros *chorographia* [1561] f. 132 q. v.; Morales *coron.* 2 f. 20 qui subdubitat (inde Pujades *coronica de Cathalunya* [1609] f. 265; Dexter Higuerae in chronico ed. Bivar p. 449; Marchio de Mondejar *noticia de las mas principales historiadores de España* p. 108 qui damnat; Finestres inscriptiones Catalauniae p. 327, 25 qui et ipse damnat).

81* Gerundae.

anno domini CCLXXVII IV kal. nov. b. narcissus eps dum missam celebrat passus fuit gerundae in hoc loco ubi iacet eccl. cathedral. cum diacono felice ...

Cardoso *agiologio Lusitano* 2 [1657] p. 221 qui damnat. In Casparis Roig y Ialpi libro *grandezas de Gerona* [Barcinone 1678], qui fons est principalis omnium de sancto Narcisso fraudium, titulum hunc non legi.

82* Vas vitreum (*aquimenil o vinajera*) rep. a. 1774 Eporae *en el posito viejo.*

Cárdenas *noticias* ms. f. 8 v. Titulus, siquis est omnino, videtur novicius esse.

Digitized by Google

APPENDIX.

FALSAE VEL SVSPECTAE.

83* *'Año de 1590, haciendo una posada para Colmenar en una sierra muy áspera, cuatro leguas distante de Málaga, hácia el occidente, hallaron un sepulcro con huesos humanos y una almohada de piedra, y en la pared de la bóveda, que era de piedra bien labrada, estaban estas letras' Franco.* Periit.

NOBILIS AMAZVINDVS VITA VIRTVTE OPERIB
INSIGNIS QVI PAVLO ANT GOTOR TEMPORA · CHRISTIANOS
AD FIDEM ORTABATVR
SACELLVM HOC EDIFICAVIT VBI DOMINO IN SOLITVDINE
5 INSERVIENS AB HAC VITA DISCESIT CONFESOR
CHRISTI FIDELIS DOMINO ILLVM COMENDANTE
ET LOCVM HVNC OBSERVANTE

Velazquez ms. Matrit. vol. 58 (*Est.* 22, 96) et 63 (*Est.* 22, 101) ex schedis *'del licenciado Juan Fernandez Franco, que me communicó D. Pedro de Villa Zeballos'*, in quibus ego certe non legi. A Iosepho Velazquez habuit Conde *conversaciones Malagueñas* 2 p. 284. Berlanga *monumentos Malacitanos* p. 127.

Mihi valde suspecta propter n. 215; verba quae sunt v. 2 *qui paulo ant(e) Gotor(um) tempora Christianos ad fidem ortabatur* sane ita vix unquam scribi potuerunt.

84* *En la iglesia de Santiago.*

IN HOC TVMVLO IACET RODERICVS SANCTII LOVERA
FRATER TEODOMIRI EPISCOPI MILES ADEFONSI
REGIS · OBIIT ÆRA 840 — aera 840
p. C. 802

Aegid. Gonzalez Dávila *teatro eclesiastico* vol. 1 *Santiago* p. 52 (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13).

Quanquam aera numeris Arabicis scripta tribui potest summae scriptoris huius neglegentiae, tamen quin falsa sit omnino non dubitaverim.

85* Compostellae, *en la Quintana de Santiago.*

IN HOC TVMVLO IACET
SVARIVS DE OCA
MILES STRENVISSIMVS
ERA DCCCLXXXVII — aera 887
p. C. 849

Phil. de la Gándara *armas y triunfos de Galicia* 2 p. 254 (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Masdeu 9, 364, 1).

86* *Orense*, in ecclesia cathedrali.

WICTIMIRVS ARAVXO FAMVLVS DEI
EPISCOPVS ECCLESIAE AVRIENSIS
H · S · E
REQVIESCIT IN PACE
5 ERA .....

Huerta *anales de Galicia* 1 p. 412 (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13), qui de antiquitate ipse dubitat.

87* Legione, in ecclesia S. Isidori, in aedicula S. Catharinae.

a h. r. rex veremundus ordonii iste in fine vitae suae
dignam deo paenitentiam obtulit et in pace quievit
b h. r. regina donna geloyra uxor regis veremundi

Morales *coronica* 3 f. 301 v. (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13).

Veremundus obiisse creditur a. p. C. 999; sed tituli hi videntur esse multo recentiores.

Digitized by Google

88* Legione, in ecclesia S. Isidori.

h. iacet rex adefonsus qui populavit legionem post destructionem almançor et dedit ei bonos foros et fecit ecclesiam hanc de luto et latere habuit praelia cum' sarracenis et interfectus est sagitta apud vescum in portugal fuit filius veremundi ordonii obiit era MLXV. III non. maii — aera 1065 p.C. 1027

Morales *coron.* 3 f. 317 (inde Velazquez ms. Matrit. vol 13).

89* Legione, in ecclesia S. Isidori.

hic situs est sancius rex pyrenaeorum montium et tolosae vir per omnia catholicus et pro ecclesia translatus est hic a filio suo rege magno fernando obiit era MLXXIII — aera 1073 p.C. 1035

Morales *coron.* 3 f. 325 v. (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13).

90*. 91* Legione, in ecclesia S. Isidori.

90* hic est conditus veremundus iunior rex legionis filius adefonsi regis iste habevit guerrã cum cognato suo rege magno fernando et interfectus est ab illo in tamara preliando era MLXXV — aera 1075 p.C. 1037 *sic*

91* h. r. regina donna ximena uxor regis veremundi iunioris filia saucii comitis

Morales *coron.* 3 f. 327 v. (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13).

92* Legione, in ecclesia S. Isidori.

h. r. regina donna geloyra uxor regis adefonsi filia meleudi comitis obiit III non. decembris era XC post M — aera 1090 p.C. 1062

Morales *coron.* 3 f. 329 (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13).

93*—96* *Oviedo*, in ecclesia cathedrali antiqua; in quattuor lapidibus, qui cum recens aedificaretur ecclesia perierant.

93* Quicunque cernis hoc templum dei honore dignũ, noscito, hic ante istum fuisse alterum, hoc eodem ordine situm, quod princeps condidit salvatori domino supplex per omnia froila, duodecim apostolis dedicans bis sena altaria. pro quo ad dominum sit vestra cunctorum oratio pia, ut vobis det dominus sine fine premia digna

94* Preteritum hic antea edificiũ fuit partim a gentilibus dirutum sordibusque contaminatum, quod denuo totum a famulo dei adefonso cognoscitur esse fundatum et omne in melius renovatum. — p.C. 800?

Sit merces illi pro tali, christe, labore
Et laus hic iugis sit sine fine tibi

95* Quisquis hic positus degis iure sacerdos per christum te obtestor ut sis mei adefonsi memor, quatenus sepe, aut saltem una die per singulas hebdomadas, semper christo pro me offeras sacrificium, ut ipse tibi sit perenne auxilium. quod si forte neglexeris ista, vivens sacerdotium amittas

96* Tua sunt domine omnia quae tu inspiras vel conferre nobis dignatus es. tibi domine, tibi tua offerimus, huius perfectam fabricam templi. exiguus servus tuus adefonsus exiguum tibi dedico muneris votum: et quod de manu tua accepimus, in templo tuo dantes gratanter offerimus *sic*

Morales *coron.* 3 f. 52 v. 53, *viaje santo* p. 91 (inde Carvallo *antiguedades de Asturias* p. 166; Velazquez ms. Matrit. vol. 13; Risco *Esp. sagr.* 37, 140; Masdeu 9, 41, 1) ex libro Pelagii episcopi Ovetensis, ubi anno supra indicato adscribuntur.

Sequor textum itineris.

97* *Cangas de Onis*, in ecclesia S. Crucis in arcu presbyterii.

L, x Rxx & Re
x Fx
1 6 3 2
1 x 6 x 3 x 2

Iosephus Maria Escandon *semanario pintoresco* 3, 1 a. 1843 p. 162 qui titulum antiquum esse putat et ita legendum *Iustus rex et regina fecerant era 763*. Esse potius anni 1632 perspexit iam Vigil.

Digitized by Google

98* In monasterio S. Zoili *de Carrion,* iuxta altare maximum in sarcophago.

faemina chara deo iacet hoc tumulata sepulchro
quae cometissa fuit nomine teresia
haec mensis iunii sub quinto transiit idus
omnis eam merito plangere debet homo
5 ecclesiam pontem peregrinis optima tecta
parca sibi struxit largaque pauperibus
donet ei regnum quod permanet omne per aevum
qui manens trinus regnat ubique deus
obiit era MXCV — aera 1095 p. C. 1057

Morales *coron.* 3 f. 276 v. (inde Velazquez ms. Matrit. vol. 13). Videtur esse saeculi decimi sexti.

99* In monasterio S. Petri *de Arlanza.*

illustris sanccia indolis francorum
prosapiaque gothorum regia cantabrica cetro et origo regnum castellae
dux et gloria castellanorum fama
5 laus honor fortitudo virtutemque cunctae in ea clarescunt bis vinctum
comittē e carcere adduxit celicas
sedes beata qui possidet obiit
era . . . . . — p. C. 951?

Sandoval *monasterios de San Benito* p. 366 (inde Masdeu 9, 367, 2) qui aeram in fine addidit DCCCC LXXX IX, ut sit anni p. C. supra indicati.

100* In monasterio S. Petri *de Arlanza.*

unicus fortissimus magnanimisque comes
velliger invictus ductus ad astra fuit
libiam spaniam domuit angelicis choris adiutus
virtute vi et armis vendicavit sibi castellam
5 astrorum galiae angliae gothorum sanguine venit
genus unde redundad esperiae regnum
obiit qui vivit era M . . . . . — p. C. 970?

Sandoval *monasterios de San Benito* p. 366 (inde Masdeu 6, 369, 5) qui supplevit aeram MVIII.

101* In monasterio S. Petri *de Cardeña.*

era DCCCLXXII quarta feria | octav idus augusti adlisa est | karadigna per regem zapham | et interfecti sunt ducenti | monachi de grege domini | in die sanctorum martyrum | iusti et pastoris — aera 872 p. C. 834

Morales *coron.* 1 f. 355 (inde Berganza *antiguedades de España* 1 p. 134; Velazquez ms. Matrit. vol. 13).

102* Toleti in S. Iustae archidiaconus Bonitus hoc carmen posuit, quod adhuc extat estque eiusmodi.

Wistremirus eget psalmi — dux spiritus almi.
Grex fuit istius — plebs toletana prius.
Explet non vanos — centum pater optimus annos.
Corpus tumba tegit — spiritus astra legit.
5 Civibus est lenis — viduis solamen egenis.
Par fuit eugenio — plenus obit senio.
Stemma docet gentis — ficus, frons quina virentis
Par sit longa dei — parce redemptor ei.
Quid frondes nisi pena — duo astra gravisque catena
10 In campo croceo — nil memorans noceo.
Vita bona it ductus — tulit ad caelestia fructus
Mortis ob ista dies — incipit esse quies.
obiit s. vir wistremius toleti in pace dei XXX die decembris era DCCCLXXXXV. — aera 895 p. C. 857

Iuliani archipresbyteri S. Iustae chronicon ed. Laur. Ramirez de Prado [1628] p. 205 (ex iisdem Higuerae schedis Valenzuela ms. [1626] f. 13; itemque Mur. 1963, 2 'e schedis meis').

Muratorii textus a Iuliani discrepat in his:

1 fax spiritus almi 4 astra regit 5 est oculus viduae lenis solamen egenis 6 obiit 7 viventis 8 servi busta dei 10 in campo croceo margine purpureo 11 ut ductus 12 incipit et requies. obiit XX decembre.

Praeterea notandum apud Iulianum v. 2 in fine *pius* scriptum esse, sed in margine additum 'γρά(φει) prius'; item v. 3 *optimos* scriptum est, additum in margine 'γρά(φει) optimus'. V. 7 pro *quina* videtur corrigendum *querna.*

